



EXPLORANDAE VERITATIS, QVO HVNGARICA NATIO in dirimendis controuerſijs ante annos trecentos & quadraginta vſa eſt, & eius teſtimonia plurima, in Sacrario ſũmi tẽpli Varadien. reperta.



Coloſuarij 1550.

REGESTRUM VARADINENSE

EXAMINUM FERRI CANDENTIS

ORDINE CHRONOLOGICO DIGESTUM,

DESCRIPTA EFFIGIE EDITIONIS A. 1550 ILLUSTRATUM

SUMPTIBUSQUE

CAPITULI VARADINENSIS LAT. RIT.

CURIS ET LABORIBUS

JOANNIS KARÁCSONYI
ET
SAMUELIS BOROVSZKY
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
MEMBRORUM

EDITUM.

1903.



BUDAPEST
TYPIS VICTORIS HORNYÁNSZKY, TYPOGRAPHI REGII.

AZ IDŐRENDBE SZEDETT VÁRADI TÜZESVASPRÓBA-LAJSTROM

AZ 1550-IKI KIADÁS HŰ MÁSÁVAL EGYÜTT

DR. KARÁCSONYI JÁNOS
ÉS
DR. BOROVSZKY SAMU
AKADÉMIAI L. TAGOK

KÖZREMŰKÖDÉSÉVEL




KIADJA A VÁRADI KÁPTALAN





BUDAPEST,
1903.



PRO MEMORIA.

Regesta Varadinensia — quae et in ipsis regestis et apud eruditos passim regestrum Varadinense vocitantur — seu librum, in quo experimenta ferri candentis, ad explorandam reorum innocentiam olim in nostra quoque patria adhibita, conscribebantur, iure meritoque sui proprium vindicat capitulum Varadinense (latini ritus). Pretiosus hic liber, quo nullum experimentorum illorum documentum antiquius exstat, venerabili hoc collegio conscio operique invigilante a sociis suis est compositus et per multa saecula in aedibus eiusdem collegii custoditus.

Itaque, quum duo errores diebus nostris existimationem regestorum Varadinensium lacerent, Capitulum Varadinense eos aequo animo ferre minime potuit. Sunt enim viri, iique praeclari, qui contendant, tempus singulorum testimoniorum huius regestri determinare omnino impossibile esse. Alii autem nomina personarum et locorum plane depravata interpretumque arbitrio exposita esse dictitant.

Utrique huic errori occurrere volentes socii praedicti

Capituli, cum primum ad aures suas pervenit, ut ope monumentorum historiae Hungariae ordo chronologicus testimoniorum huius regestri, hucusque disiectorum, iam defigi possit, atque adiecta effigie editionis principis, anno 1550 vulgatae, descripta (facsimile) melius demonstrari, nomina personarum et locorum in illis sat integre esse conservata habitaque ratione orthographiae illius aevi, quo regesta scripta sunt, haud difficulter explicari, statim sumptus necessarios obtulerunt nosque a sollicitudine gravi huius libri vulgandi liberarunt.

Lubenti animo haec profitemur simulque grates maximas agimus venerabili Capitulo pro liberalitate, qua et praedecessorum suorum memoriae et historiae patriae optime consuluit. Justum ergo censemus, ut quemadmodum in regestis ipsis nomina Praepositorum, Lectoris, Cantoris aliorumque Capituli Varadinensis sociorum, annis 1208—35 munere suo fungentium, enumerantur, ita etiam hic eorum nomina memoriae prodantur, qui nunc in eodem Capitulo florentes munificentia sua hunc librum usui eruditorum aptare dignati sunt.

Josephus Winkler, praepositus maior, electus episcopus Sardicensis.

Joannes Zajnay, lector, Suae Sanctitatis Romani Pontificis praelatus domesticus.

Eugenius Széchényi cantor.

Eduardus Schiefner custos, Suae Sanctitatis praelatus domesticus.

Wolfgangus Radnai, archidiaconus cathedralis, episcopus consecratus Europensis.

Joannes Andrássy, archidiaconus Békésiensis, Suae Sanctitatis praelatus domesticus.

Vilhelmus Fraknói, archidiaconus Krasznensis, electus episcopus Arbensis, abbas B. M. V. de Szentjobb, Academiae Scientiarum Hungaricae membrum, museorum ord. et bibliothecarum regni Hungariae inspector supremus.

Ferdinandus Wolafka, praepositus minor, archidiaconus Közép-Szolnokiensis, electus episcopus Macariensis, L. R. municipii Debreczen parochus.

Colomannus Belopotoczky magister canonicus, consecratus episcopus Tricaliensis, vicarius apostolicus castrensis.

Ladislaus Palotay, magister canonicus, Suae Sanctitatis praelatus domesticus.

Vincentius Bunyitay magister canonicus, historiae dioecesis Magno-Varadinensis l. r. scriptor, Academiae scientiarum Hungaricae membrum.

Stephanus Bognár, magister canonicus.

Antonius Fetser magister canonicus, cancellariae episcopalis director.

Ludovicus Kucsovszky magister canonicus.

Adalbertus Grócz canonicus poenitentiarius et elemosynarius.

Franciscus Steinberger magister canonicus, consociationis ludimagistrorum rom. cath. regni Hungariae praeses.

Quibus grati animi sensa declarant

Anno post Christum natum 1903, die 25-a mensis Martii

DDres Joannes Karácsonyi
et Samuel Borovszky.



EXPLORANDAE VERI-
TATIS, QVO HVNGARICA NA-
tio in dirimendis controuerſijs ante
annos trecentos & quadragin-
ta vſa eſt, & eius teſtimonia
plurima, in Sacrario ſũ-
mi tẽpli Varadien.
reperta.



Coloſuarij 1 5 5 0.



LEXANDER ille Magnus cum a patre adhortaretur, vt, cũ & leuitate corporis, & velocitate pedũ valeret, Olympiacis ludis ſtadiũ curreret, dixiſſe fertur, ſe id libẽter eſſe facturum, ſi Reges certãtes videret. Iulius vero Cæſar primus Rom. Imperator cũ legeret res geſtas illius Alexãdri collachrymauiſſe, dixiſſeq; ad amicos: is cum hac eſſet ætate Darium vicit, mihi vero in hanc vſq; diem nihil eſt geſtum: Et rurſus cum iure dicendo Conuẽtus circũiret, Gadesq; veniſſet animaduerſa apud Herculis templum Alexandri imagine ingemuiſſe, & quaſi pertæſum eſſe ignauiam ſuam, quod nihil tũ a ſe memorabile actum eſſet in ætate qua Alexander orbẽ terrarum ſubegiſſet. Cum itaq; manifeſtiſſimum ac certiſſimũ ſit exemplis hominum ingenia magis moueri quam verbis, non ſolum plebeia, verum etiam excellentia, prudentiæ plenum, honeſtum ac etiam vtile conſilium eſſe iudico, quo Reuerendiſſimus Dominus F. Georgius Epiſcop9 Varadienſis, regni Hungarię & Tranſiluaniæ Iudex generalis, ac Locum tenens &c. exemplum ſeu

ritum explorandæ veritatis, quo noſtra gens h. e. Hungarica ante annos trecentos & quadraginta Bela iiij. Rege Hungariæ in controuerſijs dirimendis vſa eſt, vna cum certis eius teſtimonijs in Sacrario ſummi templi Waradienſi repertis, ac ſingulari diligentia collectis, bonaq; fide deſcriptis, ſuis ſumptibus typis excudi & in lucē edi curauit. Nã huius rei cognitio, cum ex ea facile intelligi poteſt prioribus temporibus quantum fuerit ſtudiũ quan táue diligētia ipſorum Gubernatorum & Iudicum ne ſecundum eos qui iniuſtam habuiſſent cauſam iudicaretur, præterq̃; ꝗ delectat, eciã monet omnes quidem homines cuiuſcunq; nationis imprimis tamen noſtrates (turpe eſt ſiquidē in re honeſta maiorum non ſequi ſtudium) vt in omnibus negotijs publicis & priuatis, maxime autem in iuditijs forenſibus, iuſtitiam amplectantur, & contra iniuſtitiã fugiant & deteſtentur: Et ſimul illos vanitatis arguit, imo conuincit, qui, quum noſtram patriam nunquam viderint, neſcio vnde, aut quorum ſermonibus adducti non dubitarunt etiam ſuis ſcriptis veluti Apollinis oraculum inſerere noſtram gentem more fęrarum & pecorum ſine legibus, ſine iudicijs, & ſine diſciplina vitam duxiſſe & ducere. At hij vel his teſtimonijs mendacij conuincuntur: quæ ſatis ſuperq; declarant, eciam maiores noſtros habuiſſe ſuas leges ſuaq; iuditia, & quidē

pro ra-

pro ratione gentis aſpera & rigida. Nam nulla ꝑſonarum habita ratione is, de cuius ſermone dubitabatur, ſi res ita ferebat Waradinum a ſuo iudice mittebatur: ibiq; inuocato diuini nominis auxilio, remotiſq; omnibus incantationibus compellebatur, ferrum ignitũ & candens manibus ſuis non attingere tantum, verum etiam geſtare: ɪdq; ad ſermonis ſui veritatem explorandam. Nam ſi ferro illo geſtato manus eius adurebantur, falſum dixiſſe iudicabatur: condemnabaturq; ſin minus, verum: & iuſtificabatur.

Placet autem quibuſdam, maiores noſtros hoc genus examinis a ſuis maioribus accepiſſe. Nam dicitur apud illos Hungaros quos adhuc Scythia vetus noſtrorum maiorum ſedes alit, etiam hodie in tribunali dum iuditia exercẽtur in caldario ſubiecto igne plumbum feruere: & in plumbum illud manus ſuas illos ingerere quorum ſermo in dubiũ vocatur: vt hac ratione ſermonis exploraretur veritas. Illos itaq; qui amantes fuere veritatis, manus ſuas ex illo plumbo citra omnem offenſionem educere, non ſecus atq; ex aqua tepida: eos vero qui antepoſuiſſent vanitatem veritati, cum ſuæ man⁹ periculo. Michi tamen aliunde hic mos explorande veritatis deſumptus fuiſſe videtur: Nimirum ex illo ritu Iudaico quo mulier ea, quæ in ſuſpitionem adulterij veniſſet explorabatur. Nam apud Iudęos

ſi qua mulier in ſuſpitionem iuſtam adulterij cecidiſſet, maritus eius accedebat ad iudices ciuitatis ſuæ negotiumq; ipſum, illis proponebat. Illi vero mittebant eam cum teſtibus idoneis Ieroſoymam ad ſummum conſiſtorium, in quo ſeptuaginta ſedebant ſenes: Hi primum terrebant mulierem ne aquam maledictiõis biberet, & ſe mortis periculo exponeret, ſed libere confiteretur crimen. Quæ ſi confitebatur delictũ non compellebatur ad bibendm aquam amaram & maledictam, ſed egrediebatur abſq; liberis, ſibiq; ipſi viuebat: Sin minus ducebatur ad portam templi oriẽtalem, ſtatuebaturq; a Sacerdote coram Domino, vt ab eo, nimirũ Sancto & terribili perterrefieret & confiteretur delictum: mox ſi ſine confeſſione perſeueraſſet circum aſtantibus mulieribus priuabatur õni ornatu, adeo etiam tegumento capitis. Deinde adiurabat eam Sacerdos his verbis: Si non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro non tibi nocebunt aquæ iſtæ amariſſimę & maledictæ: Sin autem declinaſti a viro tuo atq; poluta es & cõcubuiſti cum altero viro, det te Dominus in maledictionem & exemplum cunctorum in medio populi tui, & putreſcere faciat femur tuum, & inflari vterum tuum: Ingrediantur aquæ iſtæ maledictæ in viſcera tua, vt intumeſcat vterus tuus, & putreſcat femur tuum: Muliere autem dicente, amen, amen:

amen: Sacerdos ſcribebat verba adiurationis, ſiue verba Domini in ſchedam, & mittebat in aquam ſanctam, quam ex labro in vas fictile acceperat delens ſcripturam ipſam per aquã: & ſimul ſumebat de puluere tabernacli, & ponebat in illas aquas, in hororrẽ poculi, vna cum alijs rebus amaris, & porrigebat aquam illam amaram & maledictam mulieri illi ebibendam. Si itaq; mulier illa, innocens fuit, aqua illa nihil nocebat, ſed potius proderat: Nam a marito cognita concipiebat: & ex infirma valida fiebat: Sin vero nocẽs, mox vt ebiberat, venter intumeſcebat, & femur putreſcebat, & morebatur, vt Hebręi volunt vna cum adultero.

Cum itaq; cæremonia Candentis ferri, ſimilis fuerit cæremoniæ purgationis Zelotipiæ facile apparet ritum hunc ex illo fluxiſſe, & a noſtris maioribus ad dirimẽdas controuerſias cum ſummo timore & diuini nominis reuerentia vſurpatũ eſſe: efficacemq; fuiſſe iuxta hæc teſtimonia, nõ minus atq olim, illam Zelotipiæ purgationem diuinitus in populo Dei inſtitutam.

At ſi quis obijciat, hoc medium dirimendarum controuerſiarum minus licitum fuiſſe: eo quod vt Epiſtola ad Heb. ca. 6. teſtatur, ad dirimendas controuerſias diuinitus non ignitum ferrum ſit inſtitutum & propoſitum: ſed vbi teſtes deficiunt, iuſiurandum, in quo Dominus Deus quẽ nihil latet in teſtimõium adducitur: Is velim cogitet, pri-

mum, illo tempore noſtram gentem, cum non ita pridem ad Chriſtianiſmum conuerſa fuerat, quædam eorum quæ voluntatis erant diuinæ ignorare potuiſſe. Deinde hunc ritum hodie nemini obtrudi, nec hoc conſilio eius exemplũ proponi vt quis hunc aut ſimilem ritum extra verbum Dei vel imitetur, vel tentare audeat: Sed vt hinc partim etiam apud ceteras nationes innoteſcat noſtram gentem inde ab initio ſuas habuiſſe leges, ſuaq; iuditia: & idcirco eam falſo traduci quod nulla ſit in ea politia, nulla legum & iuditiorum obſeruatio, nulla ſõtium & malefitiorũ legittima vltio: partim vt cognoſcatur, maxime autem a noſtratibus quales fuerint olim adminiſtratores Reipub. in noſtra gẽte, quantaq; cura & ſolicitudine cauerint, ne iuſtam habentes cauſam, cauſa caderent, iniuriaq; afficerentur. Nam etſi verbnm cæleſtis patris non tam clare ſonabat, ob iniuram temporis, in auribus illorum atq; in noſtris hodie ſonat: tamẽ vel ipſa natura duce optime nouerant, citra omnem perſonarum reſpectum ſecundum illos dandum eſſe iudicium, qui bonam & iuſtam haberent causam.

Non video igitur cur ſtudium illud nõ ſit laudãdum, ac eciam admirandum: cum & hodie qæ eſt hominum peruerſitas optãdum eſſet, ſi citra offenſionem diuinam fieri poſſit, vt ſimile quiddam iudicijs ipſis adhiberetur, quo ſontes ab inſontibus

& cauſam

& causã iustã habentes, ab his qui iniustam habẽt secerni & internosci possint. Nam sic minus esset & foret iniuriarum, minus oppressionum, minus eciam querelarum de iudicibus, iudicijs, de testibus & sentencijs: Non tantum inuidiarũ, non tantum odiorum, nec insidiarum tantum. Nam cum omnes fere homines fascinati sint Stoicis opinionibus, mira est paucitas eorum, qui sibi persuasum habeant, non nisi diuina voluntate, aut permissione fieri ea quæ fiunt: causasq; secundas ab ipso Domino deo pro sua voluntate & iuditio gubernari. Non est igitur, lector optĩe, cur hoc cõsilium, quo hoc exemplum explorandæ veritatis, eiusq; testimonia edita sunt naso suspendas adunco. Quamuis non est quod quenquam id facturum timeam: quum id fieri non possit, nisi ab eo qui studium falsitatis, studio veritatis anteponere: & exẽpla, quae hominibus instar stimuli ad amplectandam veritatem esse possint, e medio tollere velit. Vale bene & fœliciter. Colosuarij Pridie Idus Maij.

Anno Christi Domini seruatoris nostri

M D L.

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

Errata quæ inter imprimendum irrepſerunt, cãdide lector, pro tua prudentia atq; eruditione facile emendabis. Haud enim fieri potuit, cum ex antiquo exemplari hoc noſtrum deprauatiſſime & in terdum ſententijs mutilatis deſcriptum fuerit, qn qædam leuiuſcula committerentur errata. Præcauimus autem ſtudioſè ne a nobis vllum verbum, quod in exemplari ſcriptum fuit, omitteretur, aut adderetur, aut quicquam immutaretur. Eam ob rē ſi te quædam, præcipue vero genus ſtili, offenderint, quoniam, ut te præfatio docet, vetuſtiora ſũt, nobis non imputabis, ſed amicè pro tuo candore ignoſces et ſine aliquo terrore ac faſtidio leges, aliàs noſtram in excudēdo diligentiam abundè conſpecturus. Vale.

1 NNO DOMINICAE INCARNATIONIS, MILLESIMO, DVCENTESIMO, DECImo nono, PRISTALDO Regis Nomine Martinus de villa Shama, in prouincia Suprutus, veniens cum curiali comite Moyad, comitis nomine Fiod & Clerico Vrcondõ filij Dioniſij comitis, conteſtatus eſt nobis, diuiſionem terræ Hene ipſo mediante factam, inter Moyad comitem, & Nicolaum nepotem, eius, ex vna parte, & Vrcultus filium Dioniſij cum fratribus ſuis hoc modo. Quia cum locus villæ Henæ in diuiſione Mayad Comiti accidiſſet, Vrcultus volens ſatiſfacere terram in Thouſô menſurando Mayad Comiti pro eo dediſſet. Sed Mayad Comes eundem locum villæ Vrcũdino & fratribus suis gratis conceſſiſſet. Ipſa vero terra Hene tali ordine metarũ diuiſa inter ꝑdictas ꝑtes ꝓhibetur. Prima itaq; meta egreditur de terra Bogdan, & vadit ad Thouſô, & inde tranſit vltra Veyzlô, & inde verſus domum Vrcultus &c.

2 Yrgolin de villa Fon, impecijt cõuillanã ſuam vxorẽ Cheka de veneficio. Quos Gregorius Comes de Potoc diſcuciens miſit Varadinum ad examen ferri candentis, per Priſtaldum nomine Thomas de villa Kaboy. Sed cum illa præ nimia ſenectute ferrũ non poſſe portare videretur, Idem Iudex diſpenſans cum ea, Filium ſuum Modam nomine

A portare

portare ferrum pro matre ſua præcepit, Qui portato ferro iuſtificatus eſt.

3 Choma de villa Petri impecijt conuillanos ſuos nomine Fugod, & AEgidium de dãno rerum ſuarum, ad eſtimacionẽ octo marcarũ, iudice Laurẽcio Curiali Comite de villa Terebus, p̃dicti viri Fugod & AEgyd, portato ferro cõbuſti ſunt.

4 Baſilius Abbas de curru impecijt quoſdam pro furto. ſ. Pazthu de Peles· Item Adrianũ, Laurentiũ Buhtem, Micon, Tekze, Vduor, Ambroſiũ, Bencij de Vecher de villa Cheke. Item Homodoy de villa Horz. Qui dum a Nicolao Comite Palatino facta diſcuſſione ad iudiciũ ferri candẽtis, VVaradinũ eſſent in ſeptimana, Domine in tua miſericordia. per Priſtaldũ nomine Chepanũ de villa Ladan, directi, nõ venerũt, & p̃nominatus Iudex reſcripſit de eis, q̨ ſcriberẽtur p̨ condẽnatis.

5 Reynold de villa Sucta, impecijt Ioãnẽ & Achyamanũ, Vilalmũ, & Ornoltũ de villa Bũcij de occiſione ſui filij, Iudicibus Martino Curiali Comite de nouo caſtro, & Gipolto, Teotomeo, hoſpite Reginæ, Priſtaldis alio Acyamano, de villa Bũcij, & Laurẽcio de villa Henſy. Prædicti homines Ioannes, Achyamanus, Vilalmus, & Ornoltus, portato ferro, iuſtificati ſunt.

6 Priuatus de villa Iuren, ĩpecijt Vocam de villa Pereznek, pro furto, Iudice Tobia, Curiali Comite

de

de Zolnuc, Priſtaldo Giliano de villa Voznad. Fur Voka, portato ferro, combuſtus eſt.

7 Villani de Nyr qui ſunt Piſtores caſtri Zolnuc. impecierunt quoſdam liberos homines eiusdẽ villæ. f. Fecieten, Agya, Michaelem, & alios eiuſdem generis, dicẽtes eos extorres. Illi autem ecõtra dixerũt ſe habere terram cõmunem cum caſtrẽſibus, a prima occupacione ſui generis, iudice Nicolao pa latino Comite, Priſtaldo Dettre de villa Mayſa, homo caſtrẽſium, portato ferro iuſtificatus eſt.

8 Gugus Priſtaldus, vt ipſe dixit, de ſe Iacobi Vaciẽſis Epiſcopi, ſtatuit ante nos quẽdam nomine I politũ, de villa Sap, aſſerẽs q ipſe Ipolitus ĩpecijſſet conuillanos ſuos, .ſ. Iacob, Paulum, Moynolt, Criſpen, Martinum & Dominicum, dicens, quod araſſet p violẽtiam terrã ſuam empticiam. Illi autẽ reſpõdiſſent, eandem terrã, ad tria aratra non emcione, ſed vadio, ipſum Ipolitum poſſediſſe. Præſa tus itaq; Epiſcopus, ipſo videlicet Gugus priſtaldo conſtituto miſiſſet vtrámq; partem Varadinum ad examen ferri candentis, dato termino in octaua S. Regis Stephani, & Ipolitus quidẽ cum pnomiãto priſtaldo ſuo Gugus Varadini fuit, paratus candẽs ferrum portare. Aduerſarij autem eius, in eadem ſeptimana non comparuerunt.

9 Abbas de loco Triskai monaſterio litigauit cũ Abbate monaſterij Poroſlo, & patrono eiuſdẽ Ec-

A 2 cleſiæ

clesiæ .s. Borokun, pro viginti marcis, coram Bacione Comite Iudice a Rege delegato, pristaldo Primus de villa Vosyan, qui ad examẽ ferri candentis directi, taliter conuenerunt. Quod Abbas de Porozlo, & Borokun, darent Abbati monasterij Trisſkai sex marcas, & idem conuenerunt dare vnam marcã pristaldo, partem vero iudicis, Abbas Trisſkai persoluere teneretur.

10 Petrus Ioubagio castri Borsod, impecijt castrẽses eiusdem castri .s. de villa Beleta, & de villa Lanczij, & de villa Mulchun, & de villa Zudesthan, & de villa Shazka, dicens, ꝗ officium eorũ esset, carceres custodire. Illi autem e contrario dixerunt, ꝗ milites quidẽ castri essent ad belligerandũ, non ad carcerem custodiendũ. Quos Theodor Comes eorum discuciens ꝑ pristaldum noĩe Stephanũ de villa Nemeth misit ad examẽ ferri candẽtis Varadinũ vbi ꝑdictus Petrus renũciauit iudicio ferri cãdẽtis, dicens, eciam castrenses de ꝑnominatis villis falso de custodia carceris impecijsse.

11 Castrenses Dubukai de villa Mochy coadiuuãtibus eũ castri Ioubagionibus .s. Queduelen, Tynta & Petrus, impecierunt Cunpurdinum filiũ Teleguen, dicentes, ꝗ ipse esset extorris, & terram eorum vi occupasset. Ille autem dixit, dimidiã partẽ eiusdem terræ iure hæreditario sibi attinere. Quos Demetrius Magister ꝑcepto Regis discuciens, per pristal

priſtaldum nomine Adrianum de villa Scil, ad examen ferri candentis miſit Varadinum, vbi predicti Caſtrenſes cum nominatis Ioubagionibus eorũ ſubterfugerunt iudicium ferri candentis, miſit Varadinum, vbi prędicti Caſtrenſes cum nominatis ioubagionibus eorum, dicentes, dimidietatem ſupradictę terrę pręfato Cumpurdino Iure patronatus ſicut ipſe aſtruebat.

12 Zugna de villa Fecie, ĩpecijt Zemert de villa V-raka, de furto, iudice Cumazan, Curiali comite de Zobolch, Priſtaldo Karachũ de villa Ekulch. Prędictus fur zemer Varadini portato ferro combuſtus eſt.

13 Paul Sacerdos de villa Duba ĩpecijt conuillanã ſuam vxorẽ Lodmer dicẽs, quod cum ancillã quãdam vendiderat, illa nondum precium perſoluit, Quoniam eadem ancilla inſtinctu eiuſdem viduæ res ipſius furtim ſubripiẽs aufugerit, cuius facti cũ pręfata vidua ſe ignaram eſſe contendens, Curialis comes de Zounuk, nomine Vitalis, de ancilla & rebus ſubreptis de Paulo Sacerdote, valẽtibꝰ quattuor marcas, & quattuor ponda argenti, diſcuciẽs per priſtaldum Numhiz de villa Chumburd, miſit ad examẽ ferri candentis Varadinum, vbi homo Pauli ſacerdotis, portato ferro, iuſtificatus eſt.

14 Mathias Comes impecijt Benedictum de villa Chehy pro furtiuo equo, quem equum prædictus

Benedictus dixit ab eodem comite ꝑ ſeruicio ſuo poſſediſſe. Quos Forcaſius curialis comes de Bichor, diſcuciens ꝑ priſtaldū ſuum Hegud de villa Bichor, miſit ad examen ſerri candentis Varadinum vbi Benedctus portato ſerro iuſtificatus eſt.

15 Fabianus de villa Beka, impecijt Samſonem de genere Opour, de damno triginta marcarum, Iudice Fila comite vicario Nicolai palatini comitis, priſtaldo Paulo de villa ynata prædicti aduerſātes Varadinum ad examē ferri cadentis directi, taliter ibi conueniūt, ꝗ p̄fatus Sampſon redderet aduerſario ſuo tria capita hominū quos abſtulerat et decem boues, & quadringētos cubulos vini de cubulo de Sumugy, & quinquaginta cubulos ſiliginis quatuor palmorum, & idem ſatisfacere iudici, partem autem priſtaldi, Fabiano dare conuenit.

16 Scymcha procurator Deſiderij Epiſcopi de villa Tomona litigauit cum quodam de eadem villa nomine Kezed, dicēs, ꝗ pecuniam fratris ſui ſine hærede mortui centum penſas valentem occultaſſet, iudice Deſiderio Epiſcopo, priſtaldo Scema de ſupradicta villa p̄nominatus Kezed, portato cādēti ferro Varadini iuſtificatus eſt.

17 Agazones Regis de villa Zecul .ſ. Teka, Tobias impecierunt Tauernicos Regis de eadem villa .ſ. Zotam & Tomam, dicentes, quod extorres eſſent. Quos Demetrius magiſter p̄cepto regis diſcuciens

per

per priſtaldum tuum Martinum de villa Edelen, direxit ad examen ferri candentis Varadinum, vbi ꝑdicti Agazoẽs cõueniũt dare Tauarnicis medietatem terræ illius metis impoſitis & iudici communiter ſatisfacere, priſtaldi vero partem ſoli Tauarnici perſoluerent.

18 Youanka filius Barlai ĩpecijt ioubagiones Sebaſtiani de Pou, .ſ. Michaelẽ & Kepam, filios Nicolai de furto, iudice Nicolao palatino comite priſtaldo Cepã de villa Ladan. Prædicti fures portato ferro combuſti ſũt .ſ, Michael confugit ad eccleſiã.

19 Nixa de villa Nema ĩpecijt quendam noĩe Budev, de alia villa Nema ꝑ furto, iudice Nicolao comite de Geuru, priſtaldo Gregorio de ciuitate Geuru, ꝑdictus Budev, portato ferro, anteq̃ ſolueretur, aufugit.

20 Eel filius Scema de villa Eel genus Capatani, ĩpecijt quendam da villa Cuſta nomine Olduruh, dicens, ipſum ſeruum ſuum eſſe, ille autem dixit ſe nõ eſſe ſuũ ſeruũ, ſed Tauornicorũ regis, et duxit conuillanos ſuos cum ioubagionib⁹ Tauernicorũ Viuiano, Gregorio, & Ombud, qui eum dixerunt ſuũ eſſe contribulem, quorum vnus nomine Daba ſpecialius dixit eundem Olduruh ſuũ eſſe cognatũ & portato pro illo ferro Varadini, iuſtificatus eſt, Iudice Maurino vicepalatino, Priſtaldo Nicolao de villa Arpas.

Vrbanus

21 Vrbanus, Martinus, Santus, Petrus, & alij caſtrenſes de Burſod impecierunt quoſdam .ſ. Tum, Pouſam, Forkos, Manciam, dicentes illos ſuos eſſe contribules. Iſti autē reſpōderunt ſe regis eſſe Tauornicos, & tenuerunt cauſam eorū Tauornici regis, .ſ. Forkos & Moynolt de villa Tord. Item Sixtus & Hunda de villa Tauornuc, quibus a comite Gyvla, ꝑ priſtaldum nomine Chriſtophorum, ad iudiciū ferri candētis Varadinū deſtinatis, p̄noīnatus Moynolth, ſecundū ſentenciam iudicis, portato ferro, combuſtus eſt.

22 Camb impecijt Paulū de duabꝰ marcis, & portato ferro Varadini, iuſtificatus eſt. Iudice Martino comite, priſtaldo domino Budud.

23 Medue de villa Kal, impecijt Alexandrū de villa Zub, cum tribus ſeruientibus eius. Item Legerū, Vitalem & Gyroltum de villa Libecij ꝓ occiſione patris ſui Forcaſij coram Myca comite Bicorienſi .ſ. Iudice ab Andrea rege delegato. Quos idem iudex ꝑ priſtaldū noīne Gylianū de villa Vruz, miſit ad iudiciū ferri candentis Varadinū, vbi impetrata licencia regis, & p̄nominati iudicis pacificati ſunt, & mutuo iuramēto pacē firmauerūt, & Alexāder cōuenit ſatisfacere iudici & in feſto Omniū ſ. dare aduerſario ſuo nouem marcas, & tres priſtaldo, Varadini ſimul ꝓ ſe & pro ſeruientibus ſuis. Item Leger duas marcas aduerſario eidem, & vnā priſtaldo

priſtaldo, Gyrolt quatuor marcas dimidia minus, & vnam priſtaldo, & ſatisfacere iudici, ſicut Legar Vitalis quoq; ſeptem marcas aduerſario, ex quib9 tres iam dedit, quatuor autem daturus eſt ĩ p̄dicto feſto, ſicut alij tenẽtur. Priſtaldo vero iam ſatisfecit Et ſi p̄dictto die hæc õnia non ꝑſoluerẽt, duplo dare tenerẽtur.

24 Quidam nomine Hubugunithu, vt ipſe dixit, ſe vocari. Priſtaldus Nicolai palatini comitis, vt ipſe ꝓhibuit de ſe, Statuit ante nos quendã nomĩe Abſolonem, de genere Ratha, de villa Tolna, dicens, quod Ioubagiones de Zemlũ .ſ. Scema, Hodunogio, Mocud, Centurio, Degus, & Chepanus p̄fect9 caſtri requiſiuiſſent terram ipſius Abſolonis noĩe Sag, et terram eiuſdem ad quatuor aratra in Tolna ꝓ terra caſtri, & exhibuit quendã de Ioubagionib9 eiusdem caſtri noĩe Scentus, quẽ ſupradict9 Iudex vt ipſe dixit, iudicio ferri cãdentis addixerat. Qui cũ tranſacto triduano ieiunio ſicut Moſen, ad portãdum candẽs ferrũ acceſſiſſet, ꝗdam nomine Sumpou ꝓcedens, dixit ſe a p̄nomĩatis caſtri Ioubagionib9 eſſe directũ, & ex parte illorũ ſubterfugit iudiciũ ferri cãdentis, & memoratã terram, memorato Abſaloni remiſit, dicẽs, illã nõ eſſe terrã caſtri.

25 Chepanus de villa Chula, impecijt Petrũ de villa Vaſarhel, dicẽs, ꝗ cũ equ9 ſuus furto eſſet ſublat9, apud illũ inueniſſet, & cũ vellet equũ ab eo re-

B

cipere, & ipſũ capere, Conuillani eius, & ꝓcipué Ipſa, eũ violenter ꝓhibuerunt. Quos Olodarus curialis comes de Zēlun, diſcuciēs per priſtaldũ noīe Coſmã de villa Velchea, ad iudiciũ ferri cãdētis trã ſmiſit Varadinũ, vbi ꝓnoīatus Chepanus, cũ ꝓfato priſtaldo & homīe ſuo ferrũ portaturo. In ſeptima na qua feſtũ S. Galli eſt celabratũ, fuit Varadini. Aduerſarij autem eius .ſ. Ipſa, & Petrus, & conuillani eorũ non comparuerũt.

26 Iſov de villa Fulian citauit Marianũ de villa Barana, pro eruicione oculorum ſuorũ ante Nicolaũ Palatinũ comitem, vbi cum eſſēt quidam boni homines de prouincia Zounuc. ſ. Michael Comes de villa Mortun, & Modorus de villa Pou, & alij boni homines impetrata licēcia prenominati iudicis reformauerunt inter eos pacem, & memoratus Iſov dimiſit aduerſario ſuo Martino omnem inimicitiam ſuã, & pepigit quod deīceps ſuper exoculacione ſua nunquam eſſet litigaturus.

27 Vxor Scilac nomine Cincea, impecit Paulũ ſeruientem vhudu curialis Micæ comitis de occiſione mariti ſui Iudice Mica comite de Bihor, Priſtaldo Fulcho. Prȩfatus itaque Paulus cum domino ſuo, et Priſtaldo, fuit Varadini, ferrũ candens portaturus, memorata vero aduerſaria non comparuit, neq; ex cuſatorem miſit.

28 Chepanus de villa Bogdan impecijt Petrum coram

ram comite Olodaro de quattuor equis, & uno fure, violēter ablato, prędictus Petrus uenit Varadinum aduerſarius autem non comparuit.

29 Anno dominicę incarnacionis, Mileſimo, Ducenteſimo, Decimoſeptimo, in ſeptimana, Factus eſt. Iobagio Beli venit Varadinū, probaturus Sororem ſuam, iudicio candentis ferri, non eſſe meretricem, & ſigillata manu expectauit vſq; diem ueneris aduerſarios ſuos .ſ. raptorem ſororis ſuę nomine Nicolaum & Paralimphū Videliczt Karachinum alium, & alios ſodales ſponſi videliczt Tecā Muchoriam, Vrbanum, Porcan, Petu, Koch, Michedeum, Iacob, Michal, Nican, ſed aduerſarij eius prę nominati, in prędicto termino nō venerūt. Iudex huiꝰ cauſę Teca vicearchidiacōus Priſtaldus Hoth.

30 Cholnuc ioubagio caſtri Houmic de villa Mō, impecijt ſuum conuillanū nomine Mocium ꝑ furto, iudice Iuan curiali Comite Benedictū filiū Samud, priſtaldo Tupas de villa Cocil. Mociu portato ferro, iuſtificatus eſt.

31 Villani Holmy .ſ. Hemequei, Lynthes, & Bertholon. Impecierunt conuillanū ſuū nomine Teluc ꝑ furto. Prædictus Teluc, portato ferro iuſtificatus eſt. Iudex autem huius cauſæ Iſov comes de Vgoſi, priſtaldus Thomas de villa Martin.

32 Genſe de villa Senmartin .ſ, p̄dio S. Petri de Saſuar, impecijt Checham de villa Ceunand et et iouba-

gionem eiuſdem eccleſiæ ꝓ furto. Qui Checa portato ferro iuſtificatus eſt. Iudice Chepan filio Primi, priſtáldo Choma de villa Iond.

33 Tuca impetitus de Eded, & Teca, ꝓ marca, & tribus fertonibus. Qui Tuca portato ferro, iuſtificatus eſt, arbitris Cheſario, & Georgio, priſtaldo Budon de villa Iarun.

34 Paulus Comes filius Eufemiæ, impecijt Letem Diaconũ, Forcaſium, Macariũ, & Benczem de ſexaginta marcis. Quorum Lete purgauit ſe iuramẽto, Iudice Simone Epiſcopo. Reliquos vero Heuca Comes Bichorienſis diſcuciens miſit Varadinum ad candentis ferri iudicium, vbi cum eſſent Vẽdegu curialis comes predicti pauli exemit Farcaſium & Benczem a ferro candenti, dicens. Dominum ſuum ſuſpicionẽ ſuã ab eis remouiſſe. Macarius vero portato ferro iuſtificatus eſt. Priſtaldo Bota exiſtẽte.

35 Petrus de villa Tos impecijt de quattuor marcis Ebherũ, predictꝰ Ebher portato ferro iuſtificatꝰ eſt Iudice Simone Voyanada, Priſtaldo Fener de villa Marah.

36 Andreas de villa Porozka cœpit apud quẽdã nomine Gnynthei equum ſine ſigno, dicens, illum ſibi furtim ſublatum, e contrario predictus Gnynth ei dixit eundem eſſe ſuum equum. pullum ſciliczt currigerę ſuę, Iudice Banc comite de Budrus. priſ-

taldo

taldo Rodolfo de Theothonicis pazthuchij, prefatꝰ Gnynther, portato ferro Varadini iuſtificatꝰ eſt.

37 Merth comes Theotonicorum litigauit contra vniuerſos villanos Sudan, pro ſex marcis a ſeruitri ce ſua per ipſos violẽter ablatis Iudice Bedech curiali comite comitis Martini, priſtaldo Fachia. homo itaq; Merth Varadini combustus eſt.

38 Iſmælitae de Nyr, Elias & Peter coadiuuãtibus alijs impeciêre Ioannem, Coſtam, & Micoum de villa Solomõis de latrocinio. Iudice Bank, comite priſtaldo Bola. Prædicti Ioannes, Coſta, & Micon combuſti ſunt. Similiter filius Poſe .ſ. Sentes, & frater eius vterinus Petur, eodem iudice, & eodem priſtaldo, & aduerſarijs eiſdem exiſtentibus combuſti ſunt. Similiter Hernicus & Gregorius de vil la Bis, combuſti ſunt.

39 Cum Neuca vaiuoda direxiſſet ad iudicium ferri candentis Laurencium de villa Belud, contra capitulum Albenſis eccleſię Tranſſyluanę per priſtal dum Laurencium de uilla Poznan, predictus Laurencius conuenit dare capitulo marcas duodecim, & ſeruũ qui requirebatur dimittere fratri ſuo Nicolao ſuper iuramentum ſuũ. Qui ſi non iuraret, ſeruus ſibi ſ. Laurencio redderetur.

40 Nogud ioubagio monaſterij Debrev, portato ferro pro facto cõtra ioubagiones Agriẽſes .ſ. Ved & Vacy, iudice Bãk, Priſtaldo Paulo, iuſtificatꝰ eſt.

41 Iſmaelitę de Nyr, Iliaz & Pentek coadiuuãti-
bus alijs impeciêre ioubagiones Martini Comitis
dé villa Vamus de latrocinio .ſ. Egud, Botyka, Zo-
botha, Karaſun, Torka, Zekus, Ioacyn, Tukay, Ir-
oſlou, Iacobũ, & item ioubagiones monaſterij de
Taplucia pertinentis ad genus Mizidaczij de eadẽ
villa. Quorum nomina ſunt hęc. Benedic, Nunige
Zobozlo, Borathe, Henuc, Luſutha, Zamacziomut
Buchi, Tomas. pro is omnibus Egud, & Benedictꝰ
pro ſe ipſis et alijs portato ferro iuſtificati ſunt. Iu-
dice Bank, Priſtaldo Bola.

42 Ioubagiões de Bekves .ſ. Sũgut, Bot, Bus, Chys-
ce, Paul, Neſaut, Dionis, Tomas, Pether, Orocha,
Vivor, Bochyur, Elias, & Vſud, Itẽ Ioubagiones
de caſtrẽſibus exempti .ſ. Reche, Banus, Ambos, &
Thycus, & poſtea vniuerſi caſtrẽſes .ſ. Mogug, Ega
Vſud, Pous, & omnes alij cõqueſti ſũt domino Re-
gi Andreę, ſuper Sab & Sycund, dicentes quod in-
iuſti ioubagiones eſſent & dilapidatores rerum po
puli & depaupertatores omnium Caſtrenſium, &
auctores mortis trium hominum. Supradictus autẽ
Rex cõmiſit Ilię comiti eorũ diſcuciẽdos qui dãp-
nis caſtrenſium computatis & in Trecẽtis marcis
eos dampnificatos eſſe comperiẽs, per Priſtaldum
nomĩe Andreas de uilla Egneg miſit eos Varadĩ-
num vbi homo prędictorum Caſtrenſium nomine
Pous portato ferro cõtra Sab & Sycũd mũdatꝰ eſt.

Villa-

43 Villani de Ponkata impeciêre conuillanos eorũ .ſ. Rolandam & Laurẽcium, dicentes, q eorũ peccatis exigentibus duarũ marcarũ dampna pertuliſſent, Iudice Abbate de eadem villa & Andrea patrono eiuſdẽ, Priſtaldo Georgio de Chvnad. Rolanda & Laurencius iuſtificati ſunt.

44 Vincencius, Vendegu, Voca de villa Roba impeciêre conuillanos ſuos .ſ. Eſaum, Forcum, Petrũ Botã dicẽtes, quod eorum ſalſa ſuggeſtione quidã potens nomine Voiauoda in Sex marcis eos damnificaſſet. Illi reſpõderunt, quod pnominat9 Voiauoda, non eorum ſuggeſtione quidq eis ſubtraxiſſet, ſed cum eſſet eorum Centurio, & ipſi Caſtrenſes Caſtrẽſium penſione debitores pro debito cẽſu tantum vel forté plus ab eis accepiſſet. Illi autem econtra dixêre ſe nõ caſtrenſes eſſe, ſed caſtri Ioubagiones. Tobias igitur Curialis comes de Zounuc eos et pro damno, et pro condicione diſcuciens, miſit Varadinum per Priſtaldum nomine Stefanũ de villa Mire Acnaya, Voca portato ferro p ſe, & fratribus ſuis, mũdatus, Probauit ſe & fratres ſuos, & ſex marcarum dampna pertuliſſe, & ſe non caſtrenſes, ſed Ioubagiones caſtri extitiſſe.

45 Abſolon & Gyurifilij, Iohachin & Solomun ge ner eiuſdem impecierũt Numicolohod archidiaco num, & filium eius Ladizlaum, & fratrem eiuſdem Numhiũ, & filium eiuſdem Tiburciũ. Hos omnes de villa voſvari, Itẽ Iacobũ de villa Achya. Miculã

de villa Sadan, cum filio ſuo, Andream de villa Popi, Michaelem de villa Chicu, Cornelium de villa Merluz, Tencam de villa Maria, cum duobus ſeruientibus Andream & Felten de villa Monor, Demetriũ & Narad, & Toul de villa Ylye, & omnes villanos vduornicorum de Er, pro quib9 portaturus erat ferrum Thepſa, hos inquam omnes inpecierunt de occiſione p̄nominati Ioachin, quos Nicolaus comes palatinus diſcuciens per Priſtaldum Regis Temam de villa ſui nominis, & per Priſtaldum ſuum Moulam nomine, miſit ad iudiciũ ferri candentis Varadinum. vbi omnes p̄nominati aduerſarij taliter conuenerunt, q̃ Abſoloni & Gyurconi ꝑſoluerent ſeptuaginta & vnam marcas, coram Capitulo Agrienſi .ſ. viginti quattuor in feſto Mariæ Magdalenæ, & totidem & ibidem in feſto Natiuitatis Sanctæ Mariæ. Item viginti tres in feſto Omnium Sanctorũ. Sed cum eis nõ crederent, p̄nominati Numuolohod, Nuhu, Micula, Tenka, & item Sopou de villa Achya, Abrahã de villa Cupanchi & Nuodum Archidiaconus ꝑ illis fideiuſſerunt. Poſtea idem aduerſarij conuenerunt ſatisfacere iudici, partẽ vero priſtaldi Abſolõ et Gyurco tenẽtur ꝑſoluere. Item ſępe iam memorati Nũuolohod & Nuhu deberẽt conſtituere Chenadini homicidam Opodinum.

46 Guthfredus Præpoſitus Orodinenſis ĩpecijt villanos

lanos de Berente de xv. bobus violenter ablatis, & de percuſſione vnius hominis gladio, Iudice Nicolao palatino comite, Priſtaldo Zuma be villa Ianus, qui veniẽtes Varadinum, taliter conuenerũt. Quod villani de Berẽte darent pręfato pręposito quattuor marcas, & priſtaldo dimidiã, Iudici vero prępoſitus ſatiſfaceret. Hęc autem perſoluerent in feſto Marię Magdalenę, in villa Cruciferorum nomine Pop.

47 Seuchea de villa Tilos, impecijt conuillanos ſuos .ſ. Pouſam, Mathiam, Thomam, Michaelem, Gabrielem, Ionam de Abram, Mathęum, Didou, Bartholomęum, Vs de villa Luen, de deſtructione & direptione rerũ ſuarũ, coram Benedicto Bano iudice a Rege delegato, qui ſumma damni cõputata, & in quadraginta marcis cõſtituta, miſit vtrãq; partem Varadinũ ad iudiciũ ferri cãdentis, ꝑ priſtaldũ nomine Gurc, de villa Chaz. Quo ſex de aduerſarijs .ſ. Pouſa, Matthias, Toma, Michael, Gabriel & Ionas, venientes, conuenerunt dare aduerſario ſuo .ſ. Seuchęe quattuor marcas, Fertone minus, ac ſatisfacere iudici. Ius autem priſtaldi Seuchea dare teneretur, alij autem quattuor de aduerſarijs, non comparuerunt. Quos nominat⁹ Iudex vt priſtaldus dixit, condemnauit, & pro condempnatis ſcribi pręcepit.

48 Comprouĩciales noui caſtri, & horũ ſpecialiter

Teotonici de Felnemet .ſ. Michael, Iacon, & alij ĩ-
peciêre homines Saphin, & Ethened, de villa Rvz-
ka .ſ. Paulum, Zalduba, Sune, Stephanum, Buchuk
Tomam, Raſun, Banlum, Merc, Michaelem, Budã,
Milos, Buldꝰ, Donk, Obuſc, & Herye de furto. Iu-
dicibus Bãco & Benedicto comitibꝰ, priſtaldo Vg
run de villa Sap, Varadini, Paul, Zalduba, Sune, Ste
phanꝰ, Buchuk, Tomas, Raſũ, Bãlus, & Merc, por-
tato ferro iuſtificati ſũt. Michael vero, Buda, & Mi
lus combuſti ſunt. Buldus autem, Obuſc, & Herye
dato termino nõ comparuêre. Iudices vero habuê-
re illos pro condempnatis.

49 Tomas de villa Tuca, impecijt Martinũ de vil-
la Abara, pro furto. Iudicibus Banc & Benedicto
comitibus, priſtaldo Sula de villa Cheb. Martinus
in ſeptimana, Reſpice domine, non comparuit, &
prędicti iudices, vt priſtaldus dicit, habuere eum ꝑ
condemnato.

50 Baſilius Abbas de Curu, & curialis comes eius
Lucas, impecierunt Ioannem filium Salomonis de
genere Gledgut, pro deſtructione prędij eccleſię .ſ.
damno ad ęſtimacionẽ viginti quinque marcarũ.
Iudice Nicolao Palatino comite, priſtaldo Chepan
de villa Ladan in prouincia Heugd. Qui cum ve-
niſſet Varadinum, prędictus Ioannes conuenit da
re ſex marcas Abbati, & ſatiſfacere iudici. Abbas
uero priſtaldo ſatiſfacere conuênit.

Baſilius

51 Basilius abbas, & curialis comes eius Lucas, impecierũt Indiam de villa Peles, de oculta retẽtione Possessionum sui fratris .s. Paztuh de furto, cõdẽpnati .s. duodecĩ capitibus hominum, tribus equis, quinquaginta ouibus, duodecim bob9, sex aceruis segetum. Iudice Nicolao Palatino comite, pristaldo Chepan de villa Ladã, homo supradicti Indię, Varadini, portato ferro, combustus est.

52 Vitun de villa Petur, impecijt conuillanum suũ, .s. Crisium pro furto, Iudice Paulo comite de Ogocha, pristaldo Marco de villa Luueu. Crisius portato ferro, mundatus est.

53 Petur de villa Vys impecijt conuillanum suum nomine Cuqt, pro sexaginta põderib9. Iudice Stephano comite, pristaldo Dema de eadẽ villa Vys. Cuqt portato ferro, combustus est.

54 Ioannes de villa Veytech, impecijt quosdam de villa Bagad, Syencud, Bodam, Cyomoy, & Barlabam. Item de villa Mehus, Matthęum & Laurẽcium de furto· Iudice fila vicario Palatini, pristaldo Chyeka de villa Zthemur. Prędicti fures Varadini portato ferro, sunt iustificati. Postea Sceta de eadẽ villa Bogad. Qui vt Pristaldus dixit, citatus fuit & ipse, venire Varadinum, non venit.

55 Bot fili9 Laurẽcij de villa Horuat, impecijt quẽdam de villa Vsa nomine Sirund, pro verberacione matris suę ad mortem, quod .s. misisset verberã-

tes & de dãno ſuarum rerum iuxta ęſtimationem quinquaginta marcarũ, Iudice Petus vicario Nicolai Palatĩ comitis, priſtaldo Andrea de villa Qecher, prędictus Sirund, portato ferro Varadini, combuſtus eſt.

56 Andreas de villa Pa, ĩpecijt ioubagiones Dionyſij, .ſ. vtrumque Forcaſiũ & Bogdanum de dãpno vni9 marcę, Iudice Dionyſio filio Simonis comitis, Priſtaldo Manogy de villa Cana. Hõ Andreas, portato ferro, iuſtificatus eſt.

57 Ecyul de villa Perl, impecijt Leopoltum ioubagionem Schomę comitis pro furto. Iudice Biloto Regis de Zounuc. priſtald9 Nicola9 de villa Mochy, Leopoltus portato ferro, iuſtificaus eſt.

58 Stephanus Eubagio Georgij de villa Torcã, impecijt Timã de villa Chijpud pro furto. Iudice Geztub curiali comite de Zothmar, Priſtaldo Zomoy de villa Euchetij. Tima fur portato ferro, combuſtus eſt.

59 Chequez & frater eius, iobagiones Petri filij Philippi comitis de villa Marc, impecierũt ioubagiones Micou .ſ. Turhuſam, Iacobum, & Narad de latrocinio, Iudice Hunt comite de Borſua, priſtaldo Cyob de villa Tumpa. Pręnominati itaque latrones directi Varadinum, portato ferro, iuſtificati ſunt. de quibus priſtaldus dixit, quod tredecĩ capita hominum fuiſſẽt cũ vxorib9 & filijs.

Cyegl

60 Cyegl Abbas de Zeploc impecijt Benam de villa Scerepin nouo caſtro, de latrocinio, Iudice Nicolao palatino cōīte, priſtado Aegidio de villa Oſa. Cumq; Bena Varadini portare ferrū eſſet paratus. Præenominatus Abbas ſubterfugit iudicium ferri candentis, dicens, q falſa opinione p̄dictum Benā de latrocinio impecijſſet.

61 Tekma & Pouſa de villa Chybur, impecierunt Andream conuillanum ſuū de furto. Iudice Tobia curiali comite de Zounuc, priſtaldo Fintur de villa Tibur. Qui cum directi eſſent Varadinū, p̄nomīati Tekma & Pouſa ſubterfugerūt iudiciū ferri cādentis dicentes, q falſa opinione p̄dictū Andreā de furto īpecijſſent. Pro bono tamē pacis, Andreas fur ꝓmiſit ſatisfacere iudici.

62 Senc de villa Obonic, īpecijt Texā, Erdeum, Bizā, Ceſare & Salat de alia villa Obonyc, ꝑ quattuor marcis, iudice Benedicto comite, priſtaldo Azaria de villa Tinod. Prenominatus Senc, portato ferro iuſtificatus eſt.

63 Ioannes, Nehol, Benſa, de villa Neugy, impecierūt Stephanū de villa Scela ꝑ homicidio, et de dāno octo marcarū· Indice Tibacyo comite a Rege delegato, priſtaldo Samus. Stephanus portato ferro, mūdatus eſt·

64 Milucy de villa Guneg, impecijt Vanam de villa Heten, de damno ſuarū rerum ād æſtimationem

vnius marcæ & dimidię, iudice Alexandro comite de Zobolchy, priſtaldo Queſa de villa Dubos. Vana, portato ferro, iuſtificatus eſt.

65 Abbas Cegl de Zeploc, impecijt villanos Medueozu. ſ. Zuuzo, Pentec, Botam, Forcaſium, Mathæum, & Galum ꝓ latrocinio. Iudice Nicolao palatino comite, priſtaldo Aegidio de villa Oſa. Cũ vẽtum eſſet Varadinũ, ꝑdictꝰ Abbas renũctiauit iudicio ferri cãdentis, dicens, ꝗ falſa opinione hoĩes ſupradictos de latrocinio impecijſſet.

66 Cantus de villa Cocot, impecijt Niculam de villa Ianuſt, ꝓ ſuſpicione furti, eo ꝗ cũ ꝑdictus Cantꝰ apud ipſũ Niculã ꝑnoctaret, quinq; porci, quos emerat, furtim ſunt ſublati. Nicula ergo ad examẽ ferri cãdentis â Mica comite Bicoriẽſi ꝑ priſtaldũ nomine Burz, Varadinũ deſtinatus, portato ferro, ſe purgauit.

67 Iordan de villa Keze, & Keiguez de villa Shol, ĩpecierunt Vgudut, Obudut, Scecam, & Scemhegit ſeruos Thomę & Andreę, & Dudorc, & Bencium, libertinos eorundem de furto. Iudicibꝰ Elia comite de Békes, & Biloto Zeuen, priſtaldo de machya de villa Meh, pręnominatorum furum quattuor .ſ. Vgud, Buncij, Obud, & Sceca, portato ferro cõbꝰti ſunt & ſuſpenſi. Dodor veniens pręnimia infirmitate ferrum portare non potuit. Scemhegi in eadem ſeptimana .ſ. Exurge domine, non comparuit.

Petrus

68 Petrus curialis comes de Berucyo, impecijt vxorẽ Chuburd, de veneficio, Iudice Lec abbate de Berucio, Priſtaldo Marcello de villa Marcuſy. Prędicta mulier Varadini combuſta eſt.

69 Domina Macya vxor Aghę comitis ĩpecijt Petrum & fratrẽ eius Shyrinchym ioubagiones Miſkę comitis de villa Gnezted, & ioubagiones Trãſſyluani Epiſcopi Vilelmi .ſ. Palanum & Zulupcum de villa Felcopuſi, de occiſione ſeruiẽtis ſui, & pro rebus ſuis quadraginta marcas valentibus, violenter ablatis. Iudicibus Shekedz curiali comite Myſke & Herbort curiali comite iãdicti epiſcopi, & Simone ſocero ſupradicti comitis. Priſtaldus Shama de villa Cuzeploc & Hyuet de villa Shuluſth. Homo prędictę doĩe, portato ferro, mundatus eſt.

70 Niclous filius Ioannis de villa Tumas, impecijt ioubagiones Martini .ſ. Nemel, Miclous, Eguch, Bibies, Rubuzo, & Tekã, de villa Sarang pro latrocinio, & de damno rerum ſuarum, ad æſtimationem duodecim marcarum. Iudice Culqed, curiali comite de Bichor, priſtaldo Paul de villa Heydeh, p̃dicti latrones portato ferro, mũdati ſunt.

71 Paulus & Tena de villa Yled, Cicuſum be villa Cayhas, & Mogodiam de eadem villa Yled, ꝑ reb⁹ ſuis, duas marcas valentibus violenter ablatis. Iudice Tobia curiali coĩte de Zounuc, priſtaldo Bota de villa Mochy. Supradictus Paulus ꝑ ſe, & pro

fratre ſuo, portato ferro, combuſtus eſt.

72 Cheka & Leſeu de villa Solumus, impecierunt Forcaſiũ de villa Gyroc ꝑ furto, iudicib⁹ Culqued, curiali comite & Forcaſio Biloto, priſtaldo Mathia de villa Culchy. Fur Forcaſi⁹, porto ferro, iuſtificatus eſt.

73 Ioannes de villa Mochy, impecijt conuillanum ſuũ .ſ. Otoqur de furto. Iudice Tobia curiali comite de Zounuc, priſtaldo Macobio de villa Elep. Otoqur, portato ferro, iuſtificatus eſt.

74 Gabriel de villa Folth, litigauit cũ villanis Bagya .ſ. Pet, Terpe, Ioanne, Sycia ꝑ occiſione ſui filij, corã iudice Nicolao palatino comite. Quos dil cuciens ꝑ priſtaldũ ſuum nomine Ymarad, de villa Seureg, miſit Varadinũ ad examen iudicialis ferri. Qui in loco taliter conuenerũt, vt eorũ tres .ſ. Pet, Terpe, Ioannes darent Gabrieli decem & ſeptem marcas in die S. Ioannis Baptiſtæ in loco Varadienſi, q̃ ſi non ꝑſoluerent in eodem die, duplo ꝑſoluere tenerentur, & idem ſatisfacere iudici. Gabriel vero priſtaldo ſatisfaceret. Sycia tamen cum filio ſuo Paulo, in loco Porozlou, iuramento ſuo ſe purgaret. Terrã autem quam p̃fati villani a Bugard in cõmune emptam habebant, cui⁹ occaſione homicidium ꝑpetratum eſt, ex æquo diuiderẽt, ita q̃ æquali particione, vterq; ſibi partem contiguam acciperet. Participes autem eiuſdem homicidij qui

caſtrenſes

caſtrenſes ſunt, prędicti quattuor homines expellere de cohabitacione ſua tenerentur.

75 Ambroſius curialis comes Eccleſię Vaciẽſis impecijt Sunadũ de villa Sunad, pro duodecim Bob⁹ & quadraginta ouibus violenter ablatis, a Benedicto ſeruo eiuſdẽ Eccleſiæ. Iudice Gyula curiali comite, priſtaldo Penthek de villa Ratolt, Qui veniẽtes Varadinum ad iudicium ferri taliter conuenerunt, vt prędictus Sunad daret vnam marcam Ambroſio & idẽ Iudici ſatiſfaceret, Priſtaldo vero Ambroſius ſatisfacere conuênit.

76 Piſco de villa Scecen impecijt conuillanos ſuos .ſ. Lodomer, Boroch, Odus, Ioannem, Furces, Albeu, Vruz, ꝑ quinq; marcis, dimidia minus. Iudice Ambroſio curiali comite Ladiſlai magiſtri, priſtaldo Damiano de villa Orſcy. Qui miſſi ad iudiciũ ferri Varadinũ, taliter conuenerunt, vt impetiti iã dicti, darent tres fertones ſupradicto Piſco, & ſatiſfacerent iudici, priſtaldo eciam communiter ſatiſfacerent.

77 Michal de villa Sunad, impecijt homines Eccleſiæ Vacienſis. .ſ. Fiachiam, Boloſoit de villa Piſpuki ꝑ furto. Iudice Gyula curiali comite Regiæ aulæ. Priſtaldo Pentek de villa Ratolt. Qui fures Varadini cum leuato ferro ad ſolucionem cogerẽtur. Supradictus Michal renũciauit iudicio ferri, dicens, ſe ꝑdictos fures falſo impecijſſe ꝑ furto. Pro bono

D

tamen pacis Ambrosi⁹ curialis comes Ecclesię Vaciensis iudici & pristaldo satissaceret.

78 Peth de villa Bagya ĩpecijt Pousã de villa Sceguẽ pro furto, Iudicibus Paulo curiali comiti & Pet, & Bulsu Bilotis de Heues, pristaldo Scenka de villa Chazij, prędictus fur Varadini portato ferro cõbustus est. Cui rei exitu ita consũmato, Pristaldus idem dixit, quod fratres furis combusti, qui fratres eorum partem tenuerant, a vendicione tam ipsi q̃ omnis eorum possessio per sentenciam Iudicis in ipso casu fratris sui iam excepissent.

79 Ciuiles castri Borsod, .s. Maurici⁹, Petur, Chyul, de villa Oym, & Martinus Hodnog, Sanctus Centurio, Petrus vrbis p̃fectus, & omnes alij impeciêre Cykirc & fratres suos .s. Nemelt, Petrum, Paulum & Alexiũ, quod essẽt eorum cõtribules, sed illi negauerunt, sed dixeruut se esse de genere equestri .s. Militum Regis, & dixerunt quosdã de genere suo .s. Peth & Siciam de villa Baga, quibus idem constanter asserentibus, Gyvla Comes frater Ratolt vicarius Iudex Regis iudicauit quod homo duorum adductorum ferrum portaret Varadini, dato, inter eos Pristaldo Cristophero de villa Damiã, Cũ autẽ Varadinum venissent predicti ciuiles & ioubagiones castri refugerunt iudicium ferri candentis, recognoscentes se, reddiderunt esse culpabiles & coram Varadinensi Capitulo terram eis ad duo aratra in

tra in villa Oym reddere conuenerunt, cum metis vndique circumpoſitis.

80 Aegidius abbas & curialis coẽs eius .ſ. Nicolaus de patztuh, impecierunt Dezmert, Vioteſtig de villa Voguluptiuan quod eſſẽt Selliferi agazones eccleſię de paztuh, qui reſponderunt ſe eſſe ioubagiones bellatores prędictę eccleſię. Iudicibus Banco cõite et ſupradicto Aegidio Abbate, priſtaldo Pernen de villa Necar, Dezmert pro ſe & pro alijs, Varadini portato ferro iuſtificatus eſt. Item idem abbas Aegidius & curialis comes eius ſub eodẽ iudice & priſtaldo impecierũt Zub de villa Tur, quod eſſet Sellifer Agazo eccleſię Paztuh. Qui Zub cum vellet ſe probare eſſe ioubagionẽ bellatorẽ eiuſdẽ eccleſię, portato ferro, combuſtus eſt.

81 Eureus ioubagio Aegidij cõitis de villa Moiota impecijt Paulum & fratrẽ eius Bechleem, de occiſione fratris ſui, Iudice eodẽ Aegidio cõite, Priſtaldo Buke de villa Moiota, Paulus predictꝰ portato ferro iuſtificatus eſt. Bechleem vero cõbuſtꝰ eſt.

82 Scegen de villa Geken impecijt Andreã de villa maioris Geken, quod filiam ſuam nepoti ſuo Michaeli violenter rapuiſſet, & hęc idẽ, filia illius aſtruxit. Andreas autem reſpondit, quod nõ violẽter, ſed legittime filiã illius nepoti ſuo in vxorem adduxiſſet, & ſimiliter hoc ꝓhibuit teſtimonium ei Lucas ſacerdos de villa maioris Gekẽ, Ambroſius

itaque curialis comes Magiſter Ladizlai, pręſente archidiacono paulo diſcuciẽs miſit vtramq; partẽ per Priſtaldũ nomine Nicolaũ de villa Reuel Varadinum, vbi Pręnominatus Scegen, portato ferro pro filia ſua, combuſtus eſt.

83 Miniſteriales Regis, quorum officiũ eſt Bactinia portare, conqueſti ſunt ſuper comitem eorum .ſ. Vz, quod inſtitutum debitum eorum excedens indebitam ſuper eos feciſſet exactionem .ſ. ad ęſtimacionem centum marcarum, Quos magiſter Dionyſius, pręcepto Regis diſcuciens miſit ad examẽ ferri cãdentis per priſtaldum nomine Beke, de prouincia Puchia Varadinum, vbi vnus pro omnibus Buctiniferis, portato ferro, combuſtus eſt.

84 Philippus Predan, & mater eorũ de villa Rabay impecierunt Eculium ioubagionem Drug pro tribus equis, valentib9 duas marcas, arbitris Salomone, Elia & Tumpa, Priſtaldo Sicula ſeruiente Helię de Rabay, Eculius pro violencia Varadini portato ferro, combuſtus eſt.

85 Adamus de villa Nata impecijt Begedũ & fratrem eius Scemedũ ioubagiones Benedicti de villa Modin, de occiſione ſui generi per latrocinium, Iudice Gyvla curiali comite Regis, Priſtaldo Girolth de villa Libic, Bedeg latro portato ferro, combuſtus eſt.

86 Feier de villa Borozlou impecijt Aruã & fratrẽ eius

eius Lucã de villa Senguer pro rebus ſuis, ſex marcas valẽtibus, quas frater eorũ nomine Neuer, pro quo fideiuſſerant, furtim ſurripiens, a ſupradicto Feier fugerat, Iudice Demeno cõite de Zothmar, priſtaldo Fermen9 de villa Hodoſto, homo iãdicti Feier varadini portato ferro, iuſtificatus eſt.

87 Arnoldus procurator hoſpitalarium de Serrach & Salomon frater impecierunt quoſdam ioubagiones caſtri Zemlun .ſ. Petrum, Michaelem, Dugus, Chepanum, Vetham, Tumpam, Mocodinum, Mozu, & Hyſcẽ, & item Caſtrẽſes .ſ. Villam, Chyan, Bezegu, Poiznan, Retztel, Ilomar, Zurnoh, Torſa, & Horkyã, de deſtructione prędij hoſpitalaris, ſecundum ęſtimacionem triginta marcarum duabus min9, Quos Gyula Comes de Keue iudex curię diſcuciens, miſit Varadinum ad candẽtis ferri iudicium, per priſtaldum nomine Ypolitum, vbi pręnominati ioubagiones caſtri & caſtrenſes, de Pręfatis villis pepigerunt dare prędictis hoſpitalaribus vndecim marcas in feſto ſancti Regis Ladiſlai coram capitulo Agriẽſi, & idẽ ſatiſfacere iudici, partẽ autẽ priſtaldi hoſpitalares cõuenerũt ꝓſoluere.

88 Nicolaus curialis comes Eccleſię de villa paztuh cũ Agazonib9 eiuſdẽ Eccleſię .ſ. Ambroſio, Mouchi, & alijs de villa Criſi impecierunt quoſdam de ioubagionibus eiuſdem Eccleſię .ſ. Ilmerũ cum genere ſuo de villa Vylok & Eluſt cum genere

ſuo de villa Oluptiuã, qui dicẽtes quod eſſẽt Agazones prȩfatȩ Eccleſiȩ, Ipſi autem dixerunt ſe bellatores ioubagioẽs, Iudicib9 Bãco comite, & Aegidio Abbate eiuſdem Eccleſiæ, priſtaldo Peruen de villa Olnemet, Qui portato ferro iuſtificati ſunt.

89 Martinus Sacerdos & Canonicus Varadienſis impecijt ioubagiones Vgud .ſ. Sencam & Vodad Iudice Mica comite, Priſtaldo Petus, Senca fur portato ferro iuſtificat9 eſt. Vodad autẽ combuſt9 eſt.

90 Gregorius filius Salad impecijt Filekam ſeruũ Cozmȩ comitis de occiſione ſui ſeruiẽtis, arbitris Iacob, Marcẽs, Herne, & Abbate Stephano de Pethur in prouĩcia Shũg, priſtaldo Feud de villa Noen, cum Fileka propter infirmitatem in locum uenire non poſſet, Simon frater eius pro illo portato ferro mundatus eſt.

91 Teleguen de villa Tegyegd & Laurenci9 ſacerdos de Vylok, impecierunt Matthiam ioubagionẽ Iohãnis de villa Pauli de Nyr ꝑ furto, Iudice Cul qed curiali cõite Bichorienſi priſtaldo Andreæ de Bichor, Matthias portato ferro, iuſtificatus eſt.

92 Penquez & Laurẽcius de villa Soht impecierũt quattuor homines Athilȩ .ſ. Georgium, Viſã Vyr ſint, & Milum & poſtea vnum hominem Bes .ſ. Petrum de Prȩdio Athilȩ de furto, Iudice Nicolao palatino comite, Priſtaldo Martino de villa Vera, ꝑdicti fures cum ĩ die Dominico portato ferro ſolui debe-

ui deberent, vnus eorum nomine Georgius combuſtus eſt. manus vero trium .ſ. Viſam, Virſint, & Mil, fracto ſigillo capituli, falſo ſigillo fuerant ſigillatę. qui pro iniuſtis habiti ſunt. Petr⁹ vero fur propter infirmitatem ferrum leuare non potuit.

93 Quidam nomine Petrus coadiuuãtibus ſuis .ſ. Paulo & Hẽrico, dixit ſe eſſe cognatum Marci de villa Marcu, in prouincia Barona, coram Nicolao comite palatino. Qui pręd ctus Marc⁹ negabat eſſe ſuum cognatum, Quos iam dictus comes diſcuciens per priſtaldum ſuum nomine Petrũ, miſit ad candens ferrum Varadinum, vbi ſupradictus Petrus, portato ferro combuſtus eſt.

94 Fabianus de villa Cumbuc, & frater eiuſdẽ nomine Gala, de Beztoron, impecierunt quinq; homines de villa Oron .ſ. Scentucam, Simonem, Sebrecum, Marcum & Bot pro damno decem marcarum violẽter facto, Iudice Maurouice comite Nicolai Palatini comitis, priſtaldo Paulo de villa Iohannis qui Varadini taliter conuenerunt, vt ꝓdicti quinque homines darẽt ſupra dictis duobus, duas marcas, & fertonem & ijdem ſatiſfacerent Iudici & priſtaldo.

95 Metſa de villa Fede impecijt hoſpitem cuiuſdam Zounuc de villa Voda, nomine Ioannẽ de Furto, Iudice Mauriano curiali comite de Zounuc, & Biloto Bulſu, priſtaldo Atanaſio de villa Dumbul, ꝓfatus Ioannes Varadini portato ferro cõbuſt⁹ eſt.

96 Minifter Regis de villa Tiuan & de villa Tot & tota prouincia de Quemey, vociferati funt coram Nicolao Palatino comite, contra fures, ex quibus tres homines Shak .f. Voda, Queren, & Andreę de villa Scerep, fuerunt Varadini cum priftaldo eorũ nomine Toma, Quorũ Voda combuftus eft. Queren mundatus eft. Andreę vero infirmate prępeditus ferrum portare illa vice non potuit, fed recepta fanitate, ab eodem Iudice per eundem Priftaldum, ad portandum candens ferrum deftinatus, Varadinum nõ venit, & aduerfarij eius dato fuffragio, recefferunt.

97 Villani Kenefy .f. Kereu Vruz, Micus & omnes alij de prouincia Doboka, litigauerũt coram Turdemetz curiali comite de Canar, cum villanis Peleca .f. Turuzo, Ioleguen, Gyok & alijs pro terra ad duo aratra & ducẽtis capecijs frugũ, dicẽtes, quod illam terram uiolẽter occupantes coluiffent, villani vero de pelenka refponderunt, Quod terra Caftri & propria terra eorũ effet. Quos prędictus Iudex Turdemez difcuciens per priftaldum Ochy de villa Scẽta, mifit ad examen ferri Varadinum, vbi homo villanorũ Kenefi nomine Petr9, combuftus eft.

98 Guttredus prępofitus impecijt Simonẽ & Brictiũ pro damno quindecim marcarum violenter facto. Iudice Tobia curiali comite de Zounuc, Priftaldo Matthia de villa dobur, qui ad ferrũ Varadinũ directi

recti taliter conuenerunt, vt Simon & Brictius darēt prępoſito Guttredo tres marcas, in die Natiuitatis ſanctę Marię in loco Zanpto, & idem ſatisfaceret iudici. Prępoſitus vero Guttredus priſtaldo ſatiſfacere conuenit.

99 Scyrni & Gira de villa Bicc impecierunt villanos de tota villa Borſy, coram Forcaſio comite de Potok, dicentes, quod cum iuiſſent ad teſtificandũ pro eis, in cauſa eorum, duarum marcarum feciſſent expenſam, qui cum hoc negarent, a dicto Iudice per priſtaldum Vrbanum de Potok, hi veniẽtes ad ferrum Varadinum, vbi Scyrin pro ſe, & ſocio ſuo Gira, portato ferro, iuſtificatus eſt.

100 Vduornici Regis de villa Fonchol, impecierũt quoſdã, de prędio Guerus filij Nanę comitis, quorum nomina ſunt hęc, Nuhu, Vidu, Andream, Fatam, Mogdut, dicentes, quod eorum eſſent conſerui, illi autem dixerunt ſe eſſe liberos, & hoc idem dominus eorum conteſtatus eſt. Nicolaus itaque comes Palatin⁹ dato priſtaldo nomine Cyama, mi ſit vtramque partem Varadinum, vbi prędicti Vduornici ſeipſos recognoſcentes, coram curiali comite ipſorum nomine Mekeyn, & priſtaldo iãdicto, memoratum Nunhu ſubterfugerunt, dicentes, quod non eſſet de cõſeruitute eorum ſed falſa opinione ipſum impeciſſent. Vid autem portato ferro iuſtificatus eſt, reliqui vero tres .ſ. Andreas, Fata,

& Mogd, combuſti ſunt.

101 Comprouinciales de Bekes verſus Sceguholm, vociferati ſunt contra fures, coram iudicibus a Rege delegatis, videliczt, Mica Bihorienſi comite, & Hylia comite de Bekes, qui miſſis priſtaldis eorũ .ſ. Petro de villa Bokc, & Hectore de villa hegy, & citatis furibus, facto iudicio, Varadinum eos ad iudiciũ ferri candentis deſtinarunt. Vbi Bata de Kaba, Chibury, & Banus, ac Georgius de villa Zaar, Hiliachin quoq; de villa Turda. Item Ynd & Mortun de villa Vduori, omnes inquã iſti, portato ferro, iuſtificati ſũt. Baghia vero de villa Curbei, ioubagio Germani, combuſtus eſt, & de Eccleſia non exiuit ad ſolutionem.

102 Caſtrenſes Zathmar de villa Voda, impecierũt vxorẽ & filios Andreę Comitis filij Ioſę .ſ. Simonẽ & Michaelem dicentes, quod Andreas comes occupaſſet terram de porcione ipſorum ad ſeptẽ aratra, & adiunxiſſet terrę ſuę. Quã Rex Andreas dedit illi ad quindecim aratra. Prębata autem domina & filij eius reſponderunt, quod illa porcio iure emptionis attineret ad eos, quia parentes Andreę comitis dudum emiſſent a Coſma filio Gyuna. Dethmar itaque curialis comes Simonis quendam Voiouoden nomine, comitis de Zothmar, ex pręcepto domini ſui Iudicis a Rege delegati per priſtaldum nomine Petrum de villa Pet9 diſcuſſos miſit

misit Varadinum ad candentis ferri iudicium, vbi prȩnominati castrenses .s. Chepanus, Thomas, & Kusa, prȩsente Petro ioubagione eius de castro. Qui se ab omnib9 ioubagionib9 suis videlicet Andrea, Chod, Nogione, Subret, Paulo, & omnibus alijs missum esse perhibuit, subterfugerunt iudicium ferri candentis, dicentes, quod falsa opinione p̄dictam dominam & filios eius de iamdicta terra impecijssent.

103 Vdvornici Regales de villa Eruhud, impecierunt quosdam de prȩdio Olodari, filij Achillis comitis .s. Potham & Chumur, dicentes, quod eorū essent couduornici. Illi autem dixerunt se esse liberos, & hȩc idem astruxit dominus eorum. Quos Nicolaus comes Palatinus discuciens per pristaldum nomine Chamã, misit ad iudicium ferri candentis Varadinum. Vbi homo vduornicorū portato ferro, pro vduornicis, iustificatus est. Pothã, & Chumur de Tohut, remanserunt.

104 Pousa de villa Boroch, impecijt ioubagionem Apȩ de villa Sedan, nomine Scentum, dicẽs, quod pedissequã eius esset furat9, iudice Mouricio, Nicolai comitis Palatini Vicario, Pristaldo Peta de villa Achad. Prȩfatus Sentus Varadini portato ferro, combustus est.

105 Comprouinciales de Bichor, vociferati sūt cõtra fures, coram Mica comite Bichoriensi, Iudice a

Rege Andrea delegato, qui miſſo priſtaldo ſuo nomine Zacheo, de villa Nadudor, & citatis furibus facto iudicio, miſit eos Varadinum, vbi Tunou de villa Kolond, portato farro, iuſtificatus eſt. Oldruh de villa Harſã, combuſtus eſt, ſed fugit ad Eccleſiam, Mourich de villa Vcã cõbuſtus eſt. Moglou de villa Iratz iuſtificat9 eſt. Hollus de villa Peſcera combuſtus eſt. Calondus de villa Boſold cõbuſtus eſt, ſed de Eccleſia non exiuit ad ſolutionẽ, Iacob de villa Giontoy, filius Forcos, portato ferro, latenter fugit.

106 Pouſa de villa kerequi, impecijt quẽdã nomine Vnucam, de combuſtione domus ſuę, & damno ſex marcarũ, Iudice Kulqued curiali comite de Bichor, priſtaldo Fulco. Pręfat9 Vnuca Varadini cõbuſtus eſt.

107 Hiſce ſeruus Farcaſij de genere Katha, impetitus de furto, Alodomero & comprouincialib9 zou noc Iudice Paulo comite de Chenadu, priſtaldo Ioanca, portato ferro, iuſtificatus eſt.

108 Zauida de villa Chroath impecijt Gecham de prędio Demetrij pro boue, furtĩ ſibi ſublato. Gioeſa autẽ duxit quẽdã nomine Sadẽ de villa Bocka, dicens, quod ab ipſo bouem illum emiſſet, ille autem non contradixit, ſed afferuit eundem bouem eſſe filium vaccę ſuę, cui cum non crederetur, Vitalis curialis comes de Zounuc, per priſtaldũ nomine

mine Nũchiz, ad examen ferri candentis misit Varadinum, vbi cum prefatus Saden ferrũ esset portare paratus, prenominat⁹ Zauida renũciauit causę suę, dicens, quod falsa opinione ductus, bouem illum, pro suo boue cœpisse.

109 Vedus de villa Gyurhc impecijt Opochum de villa Guezt pro furto, iudicibus Quilqed curiali comite, & Biloto forcasio, pristaldo Zugna de villa Vduory. Varadini Opoch, portato ferro, iustificatus est.

110 Anno dominicę Incarnationis, Millesimo, Ducẽtesimo, decimonono. Ioubagiones castri Karaznay .s. Ruben maior exercitus, Echilleus, Varnog, Euzud & Pinna centuriones, & Paradan, & ciues eiusdem castri .s. Byuncy, Vcyk, Micus, & cęteri traxêre in causam, Lulan filium Vacę comitis, pro parte terrę suę quę vocatur Poyaspotoc dicentes, quod violenter illam occupasset. Prędictus vero Lula dixit eandẽ terram iure hęreditario se possidere. Martinus igitur comes frater Seud, pręcepto Regis eos discuciens, posuit super iuramentum Lulę, qui super sepulchrum sancti Regis Ladislai, coram pristaldo Regis nomine Toma, filio Tup, de villa Mata, & coram capitulo varadiensi iurãs, iustificatus est.

111 Ioubagiones castri Carazna .s. Ruben, Echileus, Euzud, Pinna & Paradan, & ciues eiusdem cas

tri .s. Buncy, Vcyk, Micus, & cęteri traxêre in causam, Altum, Leonardum filium Poneci, pro quadã parte terrę suę quę vocatur Cesar, dicẽtes, quod violenter occupasset. Prędictus vero Leonardus dixit eandem terram iure hęreditario possidere. Martinus ergo comes frater Seud, pręcepto regis discuciens, posuit super iuramẽtum Leonardi, qui super sepulchrum sancti Regis Ladislai, coram pristaldo regis nomine Toma filio Tup, de villa Mata, & coram capitulo Varadiensi iurans, iustificatus est.

112 Cureus & frater eius Beda, de villa Chytmeu, litigauerunt cum Toma & Mauog de eadem villa, coram Smaraco comite de Poson, qui discuciens eos per pristaldum suum Chequeum de villa Gormot, misit ad examen ferri candentis Varadinum. vbi prędicti Tomas & Mauog cõuenerũt dare aduersarijs suis Euresdino, & fratri ei9 Bedę vnã marcam, & idem pristaldo satisfacere. Iudicis vero partem, Eureus & Beda dare conuenerunt.

113 Ocy de villa Solumus impecijt quattuor ioubagiones Belæ de villa Guolozka de furto quorũ nomina sunt hęc, Modoros, Chebae, Chymp, & Bud, Iudice Tobia curiali comite de Zounuk, & Altero Biloto Toma, pristaldo Galus de villa Domlun, Varadini tres ex illis furibus, portato ferro, sunt iustificati .s. Modoros, Chebae, Chymp: Bud vero in dato termino non comparuit.

Vnuca

114 Vnuca de villa Zamtou impecijt cõuillanũ fuũ .f. Paulum, de furto, iudice Qulqed curiali comite de Bichor, priftaldo Agard de eadẽ villa Zamtou. Paulus portato ferro, dũ die Dominica (da pacẽ) manum fuam foluendam porrigeret, fupradictus Vnuca renunciauit iudicio ferri candentis, dicens fe falfa opinione inductũ, fupra nominatum Paulum de furto impecijffe.

115 Bartholomęus de villa Naduduor, impecijt Hẽricum filium Pous, de eadem villa, dicẽs, quod feruum fuum nomine Fatam, violẽter ei abftulliffet. At ille refpondit, quia non, fed cum pater eius nomine Saturninus, teneretur ei in quinque marcis, duabus folutis, pro tribus dediffet ei feruum pręno minatum, & fuper hoc adduxiffet teftes. Sed Mica comes Bichorienfis teftibus productis non cõtentus, mifit vtramque partem Varadinum, ad examẽ ferri candentis, per priftaldum nomine Ioannem de villa Apaty, vbi pręnominatus Henricus feipfum recognofcens, reddidit feruum Bartolomęo.

116 Reginę hofpites de prouincia noui Caftri .f. Teutonici de .x. villis quę dicuntur Felnemet, Cu zepnemet, Olugnemet, Puruen, Guncy, Vruzca, Vifl, Igyhazafvifl, Cece, Dubucya, impecierũt villicos fuos .f. Sibretum, & Michaelem, de falfa vilicacione, dicentes, quod oppreffores effent populi, & dilapidatores rerum ipforum. Quorum caufam Ocyus Bãus ex pręcepto & auctoritate Regis dif-

cuciens, computando Centum & Decem marcas argēti in damno, & miſit eos Varadinū ad examē ferri candentis, ꝑ priſtaldum nomine Auguſtinū de villa Pel. Vbi p̄dicti actores de decem villis remiſerūt Sibreto & Michaeli partem ſuam de dāno quod requirebant, ita tamē, ꝗ ipſi eijcerētur de cohabitatione decē villarū cū vxoribus & filijs: ſine ſpe reuertendi, et ipſi idem Sibretus & Michael iudici ſatisfacerent & priſtaldo. Executores autem huius cauſę fuerunt Niclous, Andreas, & Iacou, & Elcy de decem villis.

117 Fulcus de villa Megyer, impecijt Voſodū, Stephanum, Nicolaum, Pec, & alios de villa Queſteſt, pro quatuor marcis in eorum fideiuſſione, cuidam eorū conuillano accomodatis. Iudice Forcaſio curiali comite de Bichor, priſtaldo Bencya, de villa Quenes. Homo p̄dicti Fulcus, portato ferro, iuſtificatus eſt.

118 Banſa & Yſou de villa Naduduor, impeciêre quendam conuillanū ſuū nomine Viſatan, de verberatione duorū ſeruientum: & damno octo marcarum violenter ablatarū. Iudice Mica comite de Bichor, priſtaldo Ioanne de villa Apathy. Qui cū veniſſent Varadinum ad examen ferri candentis, pacificati ſūt: Iudici & priſtaldo ſatisfacere cōuenientes. Banſa vero & Iſou, ꝑ bono pacis, ſupradicta, quæ reqrebāt, totaliter remittentes.

Pouca

119 Pouca de villa Buza: impecijt conuillanum ſuum nomine Munkach, & omnes alios cõuillanos eiuſdem villę, de conſcientia & conſpiratione homicidij· Quos Mica comes de Bichor diſcuciens, per priſtaldum ſuum .ſ. Colondum de villa Noozul, miſit ad iudicium ferri candẽtis, vbi Mũkach pro ſe, & vnus pro villanis, portato ferro, iuſtificati ſunt.

120 Comprouinciales de Dus, & horum ſpecialiter iouBagio Pauli filij Mocou .ſ. Martinus de villa Benea, & Abbas de Zam, & Abbas de Vhod, & Beque de villa Suma, hi omnes impeciêre fures videlicet, Lodut de villa Yrund: Simonẽ & Botã de villa Nozta, Eliam de villa Vzlari, Dionyſium de villa Vita, Stephanum & Rupoum de villa Gymey Iudice Mica comite de Bichor, Priſtaldo Ioãne de villa Apathy. De nominatis furibus, Stephanus & Elias combuſti ſunt, & Rupo fugit in Eccleſiam, & ad ſolutionem non exiuit. Alij mundati ſunt.

121 Vacy de villa Qezy impecijt Nucam, Petrum, Vrbanũ, & Vd, de prędio Demetrij videlicet Euſę. Sed tamen Caſtrenſes Bichor de latrocinio, Iudice Qulqed curiali comite, priſtaldo Agard de villa Medies. Nues portato ferro, fugit in Eccleſiam, & ad ſolutionem non exijt, Vd iuſtificatus eſt, Petrus & Vrbanus Varadinum non venerunt.

122 Abbas de ſancto Henrico, & patronus Eccle-

ſię, impecijt filios Stephani .ſ. Michud, Aladarum, & Bazlou, pro centum marcis violenter ablatis, Iu dice Benedicto Bano, Priſtaldo Pouca, de villa Co kot. Qui cum Varadinum venerunt, filij Stephani conuenerunt dare Abbati & Patrono Eccleſię Tri ginta marcas, & ſatiſſacere priſtaldo. Abbas vero iudici ſatiſfacere conuênit.

123 Yuna ioubagio Laurentij de villa Yrund, impecijt Gyomam ioubagionem Erdey, de villa Pau li, pro dampno trium fertonum. Iudice Erde, priſtaldo Aegidio, de villa Paul. Qui cum veniſſet Varadinũ, Gyoma conuênit dare prędicto Yunę, ſeptem pondera argenti, & ſatiſfacere iudici. Priſtaldo vero Yuna ſatiſſacere conuênit.

124 Vztras frater Tubul de villa Hongun, impecijt ioubagiones caſtri Saſuar, .ſ. Zobozlou, Vteſam, Bagdanum, Chequeleu, Polouc, & caſtrenſes de vil la Drancy .ſ. Kraznet, Coetan, Viſatan & alios, de deſtructione prędij ſui .ſ. dampno ſecundum ęſtimationẽ viginti marcarũ argẽti. Iudice Demetrio magiſtro, vice Regis iudice, priſtaldo Adriano, de generę Kalatha pe villa Scily. Quibus Varadinum deſtinatis ad examẽ ferri cãdentis, homo prę dicti Vztras portato ferro, iuſtificatus eſt.

125 Cum Eccy comes, filius Eccy, emiſſet terrã nomine Camana a Leua filio Cuſyd, elapſo aliquãto tempore, Michael filius Michaelis frater Edemen requiſi-

requiſiuit eandem terram pro ſua terra, & cum nõ poſſet ad probandum hoc, aliquod argumentũ inducere, Ladiſlaus comes Bachienſis, & Iudex curię, poſuit ſuper iuramentum Eccy comitis, ſed cõſilio amicorũ utriuſq; partis, & licentia iudicis taliter cõuenerũt. Quod Eccy comes: daret Michaeli viginti marcas, vnaminus, & Michael dimiteret prędictam terrã Eccy comiti pro iure emptionis ita quod ſi quando, a quocumque eadem terra ab Eccy comite, vel poſteris eius requireretur, Michael vel eius hęredes, Eccy comitem, iuſtificare tene rentur. Et vt exitus huius cauſę indelebilis exiſtat, nominatus Eccy comes cum priſtaldo huius cauſę nomine Mycud filio Athae Varadinum veniẽs, ꝑ ſoluit nominato Michaeli viginti marcas, vnaminus, capitulo & priſtaldo pręſente.

126 Chygz & Iacob filij Buns: euntes cum Vnuca filio Forcos de Bekes priſtaldo .ſ. & ſeruo Ladiſlai comitis de Baach, & Iudicis curię, cœperũt ſeruum ſuum nomine Cucus, apud Budam filiũ Forcaſij, quomodo dum Buda diceret liberum eſſe, illi probabant eundem ſeruum ſuum eſſe. Sed conſilio amicorum vtriuſque partis & licentia iudicis, memoratus Buda memoratũ Cucus redemit a ſeruitute, in abſolutam libertatem, ita quod quando ipſe Cucus, & filius eiꝰ, & omnis generatio ab eiſdem ſucceſſura, vbicũque vellent, manendi fas ha-

berent, Cucus autem reddidit Budę pecuniam, quã .s. Buda ꝑ ipso dederat s. duas marcas, & dimidiã.

127 Populus Ecclesię Bistriensis de villa Suptal, im pecierunt nomine Tub, de villa Fiues pro violentia, dicentes ipsum, quattuor equos, & sex boues, ab eis violẽter abstulisse. Pręterea quod tres viros, & vnã mulierem grauiter vulnerasset, & vnũ virũ quoq; abductum occultė retineret. Quę omnia cũ memoratus Tub negasset. Ladislaus comes Bachiensis & iudex curię per pristaldum nomine Gabrielem de villa Oztanca, misit ad examen ferri candentis Varadinũ, vbi vnus de pręducto populo nomine Buhcud, portato pro se, & pro cõuillanis suis ferro, iustificatus est. In eadem tamen septimana Abbas Bistriensis, cum deberet iurare, & soluere iudicium memorato aduersario populi sui, non fuit Varadini, nec iurauit, nec iudicium, quo tenebatur, persoluit. Porro: nominatus Tub, Iudicium secundum sententiam pręducti iudicis, in quo tenebatur condempnatus est erga populum Bistriensẽ, videlicet octo marcas & decẽ pensas totaliter ꝑsoluit nobis pręsentib9 in manus Lyther & Pous pro curatorũ de Bistria, quos ipsi cognouim9, ita quod ambo in nullo tenerentur pro hac causa.

128 Bagha filius Hodnogionis Lucę, cum haberet seruum nomine Stephanum, permisit eum redimi pro sex marcis & Fertone, a quodam ioubagione suo,

ſuo, ſocero videlicet eiuſdem ſerui nomine Cruſt, cum vxore ſua Moxa, & filio Chegza. De quibus duobus habetur in pręcedentibus ſcriptis, in tantam autem libertatem ſunt redempti, quod tam ip ſi quam omnis generatio ab eiſdem ſucceſſura, vbi cumq; vellent, manendi fas habeant.

129 Ladiſlaus comes de Baach, & Iudex curię, per ſuas nobis literas intimauit, qud Lucas miniſterialis Eccleſię de Curud: teneretur pro quodã nomine Deguz, ſoluere Varadini in feſto ſancti Michaelis Iacou, & Ioanni quattuordecem marcas, & decem & ſeptem põdera, & acceptis tandem illis, idem Iacou & Ioannes, haberent Ius requirendi ſeruos ſuos. Prędictus itaq; Lucas in prędicto feſto & loco perſoluit prędictis Iacou & Ioanni ſummam prędictę pecuniæ, nobis pręſentibus, & Sebaſtiano de villa Baba, priſtaldo huius cauſę.

130 Domina Margaretha vxor quondam Torcunca comitis, habens terrã hęreditariã nomine Gilianus ex donatione patris eius, Videliczt, Forcaſij, & fratrum ſuorum ſ. Ioannis & Pauli, mortuo patre ſuo & marito inconſultis fratribus ſuis donauit eãdem terram cruciferis ſancti Ioannis Baptiſte, fratres autem eius prędicti, duxerũt eam in cau ſam ante regem Andream, dicentes, non licere ei quoquo modo alienare terrã illam aliis, cum ipſi ſint cõmetanei & ipſa terra ſit eis hęreditaria. Rex

itaque cum principibus ſuis id ipſum ſenciens, dato priſtaldo nomine Fōchuca fratre Heym, pręcepit terram illam venundari prędictis: prędictę dominę, fratribus. Qui cum iam dicto priſtaldo venientes Varadinum dederunt cruciferis pręfatis: pro ſępe iam dicta terra, precium ſecundum ęſtimationem regni, viginti & duas marcas, fertone minus, & terram in eorum ius, regis auctoritate reuolutā, teſtimonio noſtri capituli Varadiēſis ſibi fecerunt aſcribi.

131 Cum Eccleſia ſancti Prothomartyris de territorio Varadienſi quandā terrā ſuam nomine Thomaſci cōtuliſſet vſu fructuario Raphaeli filio Thomæ comitis: Raphaele autem in perſona: & in cūctis poſſeſſionibus ſuis pro quadam enormitate facinoris ſui: contra comitem Both publicė condēpnato: prænominata terra inter cæteras nominati Raphaelis terras ī man⁹ regis Andreæ deueniſſet. Rex vero Ladiſlao comiti de Bách, & iudici curię, terram eandem cōtuliſſet. Philippus præpoſit⁹ Eccleſiæ ſancti Prothomartyris cū Priore Adriano. & Cornelio cuſtode, nec non vniuerſo eiuſdem loci capitulo: requiſiuerunt ſupra dictam terram, dicentes, & teſtimonio priuilegij oſtendētes. Quod præfata terra Eccleſiæ ſancti Prothomartyris eſſet, & præfato Raphaeli, vtpote: deuoto Eccleſiæ filio, vſu fructuario collata, inter facultates ipſius Raphaelis

phaelis: ab ecclesia non deberet alienari. Rex itaq; cum suis principibus de iam dicta terra, taliter diffiniuit, Quod supradicta sancti Prothomartyris Ecclesia, supradicto Ladislao comiti: centũ marcas persolueret & sic supradicta terra Thomasci ad ipsam sine õni cõtradictione iure ꝑpetuo rediret: & factum est ita. Nam præpositus eiusdem loci nominatus: cum nominatis fratribus suis, centũ marcas coram pristaldo regis videlicet Petro filio Lud præsentibus nobis persoluentes: sępe iam dictam terram, in ius sępedictæ ecclesiæ redemerunt. Nos conuentus Varadiensis huius rei testes sumus.

132 Cum Scemer filius Scemera in vltimo testamẽto dedisset ecclesiæ .S. Georgij Dusinicum quendã de prędio Iouse nõine Dera, vt in festo sancti Michaelis celebraret exequias, cum vna oue competẽti, triginta panibus, & quattuor Idrijs ceruisię, Ipso Scemer mortuo, quidam cognatus eius nomine Cosma detinebat eum apud se inuitum, nec permitebat eum explere seruitium suum, Filię itaq; prædictẽ Scemar .s. Benedicta & Rosa, ad quę omnia requisiuerunt coram Ioanne præposito Varadiensi nominatum Dusinicum dicentes, quod memoratus earum cognatus dimissum a patre suo Dusinicum, apud se inuitũ detineret: & non sineret offitium suum adimplere. Quod cum iam dicto pręposito constitisset, dato pristaldo .s. sacerdote iam dictę ecclesiæ nomine Paulo, nominatum Dusini-

cum reſtituit in officium: in quo ipſum dominus ſuus ſtabiliuerat, mandans eidem Duſinico, vt a p̄-dicto Coſma recedens, manſionem ſibi ſecundum arbitrium magiſtri Capellę .S. Georgij eligeret, me moratus autem Coſmas daret ei iuuencum vnum, quattuor oues, & octo capecias frumenti, vt habeat ex his ſeminaria rerum, ex quib9 poſſit exequias celebrare.

133 Ciues caſtri de Nougrad de villa Sēbur .ſ. Chepanus, Penter, Rodus, Pouſa, Domald, Stephanus, Oucus, Zunga, & Ioannes, coadiuuantibus eiusdē caſtri ioubagionibus .ſ. Loudan principe exercit9. Nicolao, Bohmel, Paulo, Both, Tiburtio, & Micha ele, requiſiuerunt terram cuiuſdam liberi hominis de nomine Peth, quę eſt ad quattuor aratra dicentes, terram eſſe caſtri, & ab ipſo violenter occupatam in eadem villa coram Ladiſlao iudice curię & comite Bachienſi. Qui Peth, cum terram ſuam iure emptionis ſe poſſediſſe reſpondiſſet, nominat9 Iudex vtramq; partem ad examē ferri candentis p̄ priſtaldum nomine Imurad de villa Sceureg tranſmiſit Varadinum. Vbi cum ſępius dominus Peth ferrum leuaſſet, & ad diē ſolutionis acceſiſſet, nominati Ioubagiones caſtri ſeſe recognoſcētes: memoratam terram, nominato Peth: pro terra ſua re ſignauerunt, quę terra habet metas ab oriente de Topka, & a meridie habet terram ſanctę Eccleſiæ Paztuh

Paztuh, inde graditur per vallem nomine Potok, ad montem Grab, inde ad Sẽber, & de Sember incedit ad Hogoua, ibi deſinit eſſe, vt nominat⁹ priſtaldus dixit nobis, coram aduerſa parte & idem aſſerente.

134 Paulus ſeruiens Tibę canonici Vacienſis, impecijt quaſdam mulieres .ſ. Mizla, & Vtalou, dicẽs, quod ancillam ſuam nomine Scereteu clam abduci feciſſent, quod cum illę negaſſent, memoratus Paulus induxit quendã nomine Paridem, qui ei de facto illarum ſuggeſſerat. Quod cum ipſe Paris conſtãter contra illos aſſereret. Brictius Epiſcop⁹ Vacienſis, pręnominatam Mizlam & Paridem, miſit Varadinũ, ad examen ferri candentis, vbi illa portato ferro pro ſe, & pro domina Vtalou, combuſta eſt.

135 Philippus filius Coſmę manumiſit quendam libertinum ſuum nomine Zup, cum filijs ſuis Both & Bata, talem eis conferens libertatem, vt quã ipſi tam omnis generatio ab eiſdem ſucceſſura, vbicumq; vellent, manendi fas haberent.

136 Anno verbi incarnati Milleſimo, Ducenteſimo, Triceſimo Quinto, Regnãteglorioſiſſimo rege Andrea. Vẽerabili Benedicto Varadiẽſi Epiſcopo, Dionyſio comite Palatino, Stephano Bichorienſi comite exiſtente, Aniano Lectore & Notario Varadienſi, factũ eſt. Quod Omocel filius Io-

G

annis, cum eſſet ſine omni hærede, proteſtatus eſt nobis oretenus, quod filius fratris ſui Eliæ Petrũ ſcilicet & Georgium atq; Matthiam, & quendam eorundem cognatum nomine Sedebur, filios ſibi faciens adoptiuos, porcionem ſuam, quæ eſt verſus Eccleſiam ſancti Petri de terra Cornuſt, dediſſet praenominatis tribus fatribus, filijs .ſ. Eliæ p̄notati & Scedebur in cõmune, ita quod quam diu ipſe Omocel, vel vxor ſua viueret, prædicta portio ſicut antea, iuris eorum eſſet, vel ſi eos hæredẽ habere contingeret, in ius illius hęredis hęreditario iure cederet. Si tamen ãbo ſine hærede decederent ac lege in ius nominatorum quattuor fratrum, nominata portio deuolueretur.

137 Ibrachin Archidiaconus de Zobuſlou, quendam adoleſcentulum nomine Paulum ſeruum ſuũ, vt ipſe dixit, empticium, manumiſit, ita, vt quam diu ipſe viueret, ei ſeruire teneretur, Poſt mortem autem ipſius, ita liber foret, vt & ipſe Paulus & õnis generatio ab eodem ſucceſſura, ubicũq; vellet, manendi fas haberet.

138 Teco filius Thomæ de villa Debrezun, & Sororius eius Hemiricus filius Mauricij de villa Zeb, ꝓteſtati ſunt nobis, ꝙ cum eſſet controuerſia inter ipſos de quadam ancilla noĩe Chynchola, et duab⁹ eiuſdẽ filiabus, .ſ. Ancilla & Cecilia, ita ꝙ p̄dictus Hemiricus diceret cum vxore ſua conductas. Teco vero

vero affereret eafdem a p̄dicto fororio fuo, titulo emptionis redemptas, confilio arbitrorum videlicet Michaelis filij Matthiæ comitis, & Petri fratris Buch & aliorũ comprouincialiũ taliter inter fe cõ uenerunt, q̄ p̄nominatus Hemiricus p̄nominatas ancillas vendidit focero fuo prædicto Teco, accipi ens ab eo marcam & fertonem.

139 Domina Rofa, filia Briccij Archipresbyteri, mortuo marito fuo, & filijs fuis, oreten⁹ nobis eft proteftata quod indulfiffet omnia dotalitia fua, & cuncta in quibufcumque maritus fuus Lodomerus ei tenebatur & abfoluit omnes cognatos mariti fui & omnes quicumque fideiufferãt pro marito fuo, .f. Habraham & Yfahac, & Farcafium, Paulum & Gregorium.

140 Pafcha priftald⁹ Dionyfij Palatĩ cõitis, q̄ ex lrĩs e⁹dẽ palatĩi p̄cepĩ⁹, ftatuit ãte nos Gregoriũ Abatẽ de Kvrv ex vna parte, et Tũnarios Regales de villa tũnal ex alia .f. Andreã, Tupur, Chama, Thuch, Ha lad & Bogy dicẽs, q̄ p̄nõinat⁹ Abbas deberet iura re fuper fepulchrum fancti Regis Ladiflai, pro ter ra monafterij Kuru nomine Tumbã, quę eft iuxta Crifium uerfus meridiem prope monafteriũ Sancti Ioannis Baptiftę. Cumque præfatus Abbas paratus effet iurare, placuit vtrique parti, quod terra iamdicta prius metaretur. Quod cum factum effet, memorati Tũnarij fe recognofcentes, terram quã

requirebant dimiſerunt monaſterio Kuru pro iure ſuo, & reuerſi proteſtati ſunt, corā nominato priſtaldo, ſe iā dictam terrā cum Molendino & ponte, ſępe iamdictæ Ecclcſiæ remiſiſſe.

141 Stephanus Clericus filius Hus proteſtatus eſt, quod cum quidam Hagya ciuis Culuſienſis impeciſſet nomine Henguch de villa Hem pro furto, & Henguch iudicio ferri fuiſſet iuſtificatus. Prænominatus Hagya remanſit in iudicio ſex marcarum & eo nō habente, vnde ſex marcas perſolueret, Iudex huius cauſę nomine Nucden curialis comes p manum priſtaldi ſui nomine Luxa, de villa Lomb, poſuit eum, & vxorem eius, & vnicum filium eiuſdem nomine Abbeus pro ſex marcis apud Auum ſuum nomine Valderum hoſpitem de Bichor, quo mortuo remanſit pręfatus Hagya titulo vadimonij apud Hus patrem ſuum .ſ. filium prędicti Valteri, patre autem ſuo defuncto, idem Hagya remāſit ei, ab eo autem ſępedictus Hagya redemit ſeipſum & vxorem ſuam, & filium ſuum, redditis ei ſex marcis, quas ab auo ſuo mutuauerat, & ita debito plenariė abſoluto remanſit & ipſe, & vxor ſua & filius liber in perpetuum.

142 Ego Benedicta vxor Herceg de genere Borſa, duabus filiabus meis iuxta natalium ſuarum digni tatem maritatis, & rebus meis eiſdē legittimė traditis, emi a cognato meo Valeriano Cantore cum conſci-

conſcientia & conſenſu cognatorum eius, .ſ. Vſtaur fratris eius, & magiſtri Aniani Auunculi eius, & aliorum, ancillam nomine Agnnã cum duobus filiolis eius Hetam .ſ. & Furtun, & proponens dies viduitatis meę, & filiorũ pro eccleſia de Vgra conſumare, a propinquãte iã termino vitę meę. pręnominatam ancillã dedi eidem Eccleſiæ, vt ſingulis menſib9 det ad altare beatę Virginis candelam vnius cubiti: & hoc vſque cõſumationem vitæ ſuę. Alterum autem filiorum ſuorum .ſ. Hetã, cõſtitui Duſinicum exequialem, vt ſingulis annis ad eandem Eccleſiã in feſto Sanćti Michaelis celebret exequias Bienni Boue, & panib9: Quinque idrijs ceruiſiæ, alterum vero. .ſ. Furtun dedi eidẽ Eccleſie in Campanarium, & ambos in conſtitutis officijs, de generatione in generationem permanere.

143 Liter de villa Hotuon, impecijt Doſum de villa Dobur, de conſcientia perditionis equi ſui, valentis marcam & dimidiam perditi in bello. Iudice Coma comite de Zounuc, priſtaldo Yleguẽ de villa Vrſei. Liter itaq; portato ferro Varadini cõbuſtus eſt.

144 Sunc de villa Kiral impecijt Geruaſium conuillanum ſuum de duabus marcis & dimidia. Iudice ſeruo Dei curiali cõite de Zobolch, priſtaldo Martino de villa Lopecur, Sunc, & Geruaſius Varadini taliter cõuenerunt, Quod Geruaſius daret aduerſa-

rio ſuo marcam & fertonem, & idem priſtaldo ſatiſfaceret, partem autem iudicis, Sunc teneretur ꝑſoluere.

145 Bechy impecijt de villa Zuat Caſtrenſes, pro du abus marcis iudice Beken curiali comite de Clus, priſtaldo Petro, prædictę autē partes Varadini taliter conuenerunt, Quod caſtrenſes darent Bechy triginta & quattuor pondera, & idem priſtaldo ſatiſfaceret, pro parte autē iudicis Bechy teneretur.

146 Hegun de villa Sorloud impecijt omnes villanos de Tuluold, dicens quoſdam violētos, ꝗ dum fugiens ad eos cōfugiſſet, ipſi ōnes oſtia ſua claudentes, eum violentis ſpoliandum excluſiſſēt, & illis ſpoliato ipſo recedentibꝰ, Valēs tres marcas eis commiſiſſet. Iudice Nuechlen curiali comite de Zarand, Priſtaldo Benedicto. Hegun itaq; cū portato Varadini ferro ſolui deberet, Canōici manū eius nō inſpexerunt, quia Sigillum non ſanum inuenerunt.

147 Vniuerſi caſtrenſes de Cornuſt impecierūt vil lanos de Sob, pro conciuibus ſuis, coram Mica Bichoriensi comite, Illi autem dixerunt ſe iobagiones eſſe a generatione, qui ſciliczt liberi ſancti Re gis dicuntur, & ſemper hoc aſſeruerunt ſe alios eci am iuſtificatos eſſe contra vniuerſos caſtrenſes de centurionatu Sapuri, ante Siculam curialem comitem de Bichor, pręcepto item Micę comitis et auc thorita-

thoritate in eadem caufa funƈtum, & habere prif-
taldum nomine Vodafam de Villa Nec, qui cũ iuf-
fi exhibere eundem priftaldum tribuiffent ciues de
Curnuft, non aufi funt ei vicium falfitatis oppone-
re. Quibus fupradiƈtus iudex condempnatis, ipfos
& item villanos de Sos per Gilianum filium Boci-
on contubernarium fuum Varadinum tranfmifit,
vbi prefatus Gilian9, ex parte Micę comitis fe trãf-
miffum effe dicens coram prędiƈtis partib9 & prif
taldo, pręmiffam caufam eo ordine ac tenore quo
fcriptum eft, enarrauit, & pręfentibus literis fecit
ęternari.

148 Bulfuh dux exercitus de caftro Zounuc, & vt
ipfe dixit alij ioubagiones eiufdem caftri, Item Bu
cicud, & vt ipfe dixit alij caftrenfes impecierũt Fe-
licianum, & fratrem eius Thomam atque Geor-
gium nepotem eorundem dicentes, quod effent
caftrenfes de Zounuc. Iudice Smaragdo comi-
te eiufdem caftri, a Rege Andrea delegato, prif-
taldo Andrea de villa Karil. Georgius itaque pro
fe & cognatis fuis pręnominatis portato ferro Va
radini cum folui deberet, non eft permiffus abfol-
ui a Bulfu & Bucicud, Quorum vterque vice & in
perfona aduerfariorum fuorum fe ftare dicentes,
refignauerunt prędiƈtos Felicianum, Thomam, &
Georgiũ effe õnino liberos, vt illi de fe afferebãt.

149 Buciur de villa Pukluftelue impecijt conuilla-
nos fuos Lekã & Ifoum de latrocinio iudice Paulo

curiali comite de Bichor, & Ciboud biloto, priſtal do Vica, Leca itaq; & Iſou portato ferro Varadini iuſtificati ſunt.

150 Cum Maſa de villa Sorou, iudicio candentis ferri conuictus eſſet Varadini de furto, & in Bich or, vt priſtaldus aſſeruit, cõfugiſſe ad Eccleſiã, Ad uerſarij eius Kaled & Beta, & priſtaldus ipſius Honos præſente Ceſario Centurione vendiderunt p̄fatum Maſam & vxorẽ eius Fœlicitatem, & filios ipſius Thomam, Tanals & Gyonon, & filiam .ſ. Magnet & Ilega pro decem marcis Abſoloni filio Hurt, qui perſoluit illas decem marcas, pręſentib9 nobis canonicis Varadienſib. .ſ. Valeriano cãtore Michaele cuſtode, Gerardo Decano, Petro, Sidrac, & alijs, & idem ſcientibus Ceſario Centurione & alijs ioubagionibus Caſtri Bichorienſis.

151 Paul de villa Vrhud impecijt conuillanam ſuam nomine Vyes vxorem Forcos de veneſitio, Iudice Pouſa Archidiacono de Bychor, Priſtaldo Valentino, Illa venit Varadinum cum priſtaldo. Paul non comparuit in termino, quem priſtaldus dixit ſe vtrique parti aſſignaſſe.

152 Martinus de villa Vtholm impecijt conuillanos ſuos, Tyuand, Georgium, Fulcum, et Brictium. Filios Vrbani, de latrocinio iudice Lothardo Comite de Zobolch, priſtaldo Matthia de Tumſanſuna Tyuand, Fulcus & Georgius iuſtificati ſũt. Brictius com-

us combuſtus eſt.

153 Ellu filius Ioannis comitis impecijt Cũſudu ſeruum Adriani de villa Silu ſororis eius uxoris Vid, de furto. Iudice Paulo curiali cõite de Bichor, priſtaldo Boncy, Cunſudu portato ferro cum ſolui deberet, Ellu ſubterfugit, dicens ſe illum falſo impecijſſe de furto.

154 Vxor Vid: mortuo marito, cum eſſet ſine herede, manumiſit quandam ancillã ſuam nomine Deraga, vt quamdiu ipſa viueret, illa de ea non diſcederet, ſed ei ſeruiret. Si autem domine ſuæ ſuꝑuiueret, vbicumq; vellet manendi haberet libertatem, filiumq; ipſius nomine Cũſudu cũ fratre ſuo Adriano in idem conſenciente manumiſit, ac tali libertate donauit, vt vbicumq; vellet manẽdi phas haberet, Si tamen in villa Salu ei placeret habitare non niſi apud ipſam, & fratrem ſuum Adrianum maneret, Filiãquoq; eiuſdẽ mulieris nõine Keſam taliter liberauit, vt quã ipſa, tam omnis generatio ab eadẽ ſucceſſura, libera foret omnino, Omnium vero aliarum rerum quęcumq; habet eadem domina, vel habitura eſt, ſupradictum fratrem ſuũ Adrianum heredem conſtituit, Ita tamen, quod ipſa dum vixerit eis vtatur.

155 Zoloc de villa Rechel impecijt Marcum, Iuã, & Marcellum, de villa Botocun dicens, quod cum ipſe nec conuictus ſit in lite, nec eciam quiſdam li-

tigauerit cum eo, ipſi cum priſtaldo ignoto, acce-
piſſent quatuor boues eius, Quibus rem negãtibus
Tupa curialis comes de Karaſna, per priſtaldũ no-
mine Goloſa de villa Bani miſit Varadinũ, vbi Zo
loc portato ferro iuſtificatus eſt.

156 Perman de villa Ip impecijt Stephanum & Egi-
dium ioubagiones Buncu de villa Coznis dicẽs, ꝗ
ſeruus ſuus nomine Rugas clanculo accepiſſet pe-
cuniam ſuam valentem octo marcas, & hoc ipſum
dicebat ſeruus ille arbitris Abbate de Libinij &
Ders filio Derſeo, & Pogu villico, & Dezuã & Bũ
cu, & Luzen de villa Nog. Bolu & Ioachim villi-
co de Ipu, & alijs multis, priſtaldo, Methel, Stepha-
nus autẽ & Egidius portato ferro iuſtificati ſunt.

157 Beda Varnog, Igeben, Hodnog, Iſac, Centurio
& Vodaſa, de caſtro Clus. coram iudice Criſtofo-
ro comite, Priſtaldo Fabiano impecierũt Banſam
de villa Naduduor, & fratres eius .ſ. Comam, Iſo-
um & Elexiũ dicẽtes eos extorres, Qui cum miſſi
iurare Varadinũ parati eſſent iurare, prenominati
aduerſarij confeſſi ſunt eos terrã habere ad tria ara
tra, nec adiurauerunt eos.

158 Ioubagiones Orodinenſis caſtri .ſ. Baſu, Hod-
nogio, Nuhu, Bayr, Belche, Kelẽin, centuriones &
omnes alij ioubagiones cum caſtrenſibus impeci-
erunt Geruaſium de genere Chenad pro terra caſ-
tri nomine Beſeneu, iudice Nicolao Palatino co-
mite

mite, priſtaldo Gonga de gēere Hud9, vnus de caſ trenſibus portato ferro pro terra iamdicta iuſtifica tus eſt.

159 Bota de villa Pazturd, iudicio candentis ferri probauit, q villani de Bonia .ſ. Zotmaz, Chegun, Paul, & omnes alij iuuiſſent, violentum quendam inuaſorem & ſpoliatorem ſeruiētis ſui ad illos con fugientis.

160 Ioachin de Lazdi impecijt Keuam de villa Seu-ſci, que eſt apud Kanar de furto, iudice Nicolao co mite Palatino, priſtaldo Atmario de villa Boc. Ke-ua Varadini iuſtificatus eſt ferro portato.

161 Ereus de villa Kamaras impecijt conuilanos ſu-os .ſ. Tupam & Mauricium de vna marca & ferto-ne iudice Chepa villico eorū, priſtaldo Ficā· Mau-ricius portato pro ſe & pro Tumpa ferro combuſ-tus eſt

162 Vutuk de villa Inka, manumiſit quendam ſer-uum ſuum nomine Figmoz cum omni generatio-ne ſua, que ab illo eſſet ſucceſſura, ita vt vbicumq; vellet manendi fas haberet, poſtmodum autem p̄-fatus Figmoz duxit vxorē liberam, cuius pater .ſ. Iuan, & Frater .ſ. Leuſtah impecierunt iam dictum Vutuk, de violento raptu puellæ, & dominum' Fig moz de indigno connubio coram Petro comite. ſ. iudice a rege delegato. Vutuk autem reſpondit ſe iam dictum Figmoz manumiſiſſe prius, & ſic illū

vxorem liberam legittimę accepiſſe. Sed cum p̄no minati aduerſarij non eſſent hac tranſitoria aſſercione contenti, ſupradictus iudex ꝑ priſtaldum nomine Leuam, vtramq; partem capitulo Varadienſi fecit exhiberi, & prefatum Fygmoz, per atteſtationem Vltuk domini ſui titulo manumiſſiōis liberū cum omni ſucceſſione prolis ſuæ aſſignari.

163 Vetea impecijt Solomonem, Kekam, Potur, & Yſoū, de occiſione filij ſui Eccy, iudice Albeo vice archidiacono, priſtaldo Adriano. Solomon, Keka Potur, & Yſou, portato ferro iuſtificati ſunt.

164 Cum Ereu villicus de Ianuſt, impeciſſet quendam de villa Voſian nomine Zotmoz pro porcis furto ſublatis tres marcas valentibus, & inueniſſet carnes porcinas in domo Zothmoz in p̄ſentia conuillanorum Zotmoz, Sed Zotmoz conſtitutus ante Paulum curialem comitem de Bichor, & Forcos Bilocum negaſſet carnes inuentas fuiſſe in domo ſua, Conuillani autem eius conteſtarentur carnes illas inuētas fuiſſe, prænominati iudices ꝑ priſtaldos .ſ. Fitan & Percuſtu miſerunt dominum Zotmoz Varadinum, vbi dominus Zotmoz combuſtus eſt.

165 Paulus Opillio, Vice comes, in villa Apa impecijt dominum Tengurd, de villa Piſuqui ioubagionem Iacincti de furto, Iudice Nueclē curiali comite de Zarād, priſtaldo Iuā de villa Gyoroc, Dominus ten-

nus Tengurd iustificatus est.

166 Butha de Beruchyon impecijt dominum Cochi de villa Degust, pro decē marcis, Iudice Teku Abbate de Beruchyou, pristaldo Tarca, Qui Varadini taliter conuenerunt, q Cochi daret suo aduersario quinq; marcas, & idem teneretur pristaldo. Buthta autem satisfaceret iudici.

167 Opoy de villa Gourou, visso quodā gladio apud Andream venatorem Bubali de villa sancti Martini, impecijt eum de furto, Iudice Paulo, comite venatorum Bubalinorum, pristaldo Stephano de villa Vrisu. Andreas itaq; venit Varadinum, in octauis omnium Sanctorum in termino .s. quem pristaldus dixit se vtrique parti prefixisse, Opoi autem non comparuit.

168 Discilou de villa Borici impecijt Glatillum cocum Regis, de villa Susa de Equizuhada, qui cum negaret se esse venditorem illius equi, ꝑfatus discilou, adduxit vt Mosen fideiussorem aduersarij sui Quo se fideiussorem prohibente. Glatillo vero cō stanter negante. Martin9 Bilotus de Borsod ꝑ pristaldum nomine Kelepc misit Varadinū. Quo discilou primicius actor & alius Discilou .s. fide iussor & pristaldus, in octauis omnium Sanctorum. quas pristaldus dixit se vtriq; parti pro termino assignasse venerunt, Glatillus vero non comparuit.

169 Fehersa de villa Degust, conuict9 est de vna mar

ca & dimidia contra uillanos Petur, Iudice Grego rio de Scili, & priſtaldo Zouſa.

170 Petrus & Bahan de villa Hot impecierunt Gyrcum conuillanum ſuum de furto. Iudicibus Paulo curiali comite de Bichor, & Cybout Biloto. Priſtal do Hyuad de villa Yraz, Dominus itaq; Gyurc cõ buſtus eſt.

171 Cata de villa Nec egit cum Tecu, & Bartholomeo, & Butha, Iudice Paulo curiali comite de Bichor, Priſtaldo Buda, Cata itaq; combuſtus eſt.

172 Adam filius Pote: impecijt Iacum, & Modã de villa Kerecu, pro fnrto, Iudicibus Paulo curiali comite de Bichor, & Cydout Biloto. Priſtaldo Orochy, de villa Boct. Iac⁹ & Modan iuſtificati ſunt.

173 Kereu de villa Ponoz, impetitus de furto, portato ferro iuſtificatus eſt. Iudice Paulo curiali comite de Bichor, priſtaldo Laurentio de Bichor.

174 Valerianus Cantor, Michael Cuſtos, Gerardus Decanus, Ioachin & Mouſt Archidiaconus Varadienſis, & omnes alij, vniuerſis quibus litere præſentes exhibẽtur, Salutẽ in domino. Venit ad nos in ſeptimana Exurge, quidã priſtaldus, vt ipſe dix it de ſe, nomine Boloſoy, de villa Bobona, cũ quibuſdam villanis de Yku .ſ. Roma, Syca, Sumoz & Olodaro, & dixit, quod vniuerſi villani de Horz, & de Erdev, & de Zehtu, & de Bala, & de Quer, & de Zaka, & de Barca, coadiuuantibus noui caſtri iouba-

ioubagionibus .ſ. Iordano præfecto caſtri, & Poſō archiprecōe, impeciſſēt p̄nominatos quattuor villanos de Iku, & item Laurencium, Cyubam, Forcos & Somotam, ꝗ eſſent quidē ioubagiones, ſed de caſtrenſibus exempti, Illi autem dixerunt naturales ioubagiones eſſe. Qui .ſ. liberi ſancti Regis nuncupantur, coadiuuantibus eos, vt idem priſtaldus dixit, ioubagionibus præfati caſtri .ſ. Forcos principe exercitus, Soma, Vidard, Ioanne, Zolos, Leuſtach, Iacobo archiprecone, Quos Michael curialis cōes de Henes, ex præcepto domini ſui Alexandri comitis de nouo caſtro, vt priſtaldus dixit, diſcuciens miſit Varadinum, vbi p̄dictus priſtaldꝰ & item Roma, Syca, Sumoz, & Olodar, & quidam ioubagio caſtri nomine Georgiꝰ miſſus, vt ipſe dixit, a Forcos principe exercitꝰ & coadiutoribus ſuis fuerunt in termino .ſ. Ebdomada, Exurge Aduerſarij vero eorum non comparuerunt, & ſupradictus priſtaldus dixit, Quod Iudex p̄fatus .ſ. Michael pro conuicta & condemnata parte haberi mandaſſet eā partē, q̃ nō veniret, Sed nos hoc neſcimꝰ.

175 Tomas de villa Viſlu impecijt conuillanum ſuū nomine Mert de furto, iudicibus Louchiad Biloto & Menger, & Mer, præfectis ville, priſtaldis Dirs, & Sroub, Mert iuſtificatus eſt portato ferro.

176 Paulus de villa Rahas, filius Petri, impecijt Paulum filium Scereſun de alio Kahas pro furto, Iudice Criſtoforo comite de Zounuch, priſtaldo Voad

de villa Kers, Panlus filius Scereſun cõbuſtus eſt.

177 Guda de villa Zudurou impecijt Zot & Benum de villa Chaba, pro dampno octo marcarum violenter illato, iudice Paulo curiali comite de Bichor priſtaldo Laurentio de eadem Bichor, Guda itaq; combuſtus eſt.

178 Ioannes & Miſcha, filij Buchiku, & Tupa filius Pauli, citauerunt filios Hylary .ſ. Iſou & nepotem eius .ſ. Iſaac ante Simonem Bilotum de Bikes pro furto, qui cum ad ſeptem terminos non veniſſent, prædictus iudex nũtiauit Palatino comiti. Ille autem iuſſit eos proclamari per fora comprouincialia ſub ea interminatione quod non venirent, vel ad iudicium Biloti, vel ad iudicium candentis ferri Varadinum, pro furibus publicis & conuictis haberentur. Illi itaq; venerunt ad Bilotum, Bilot9 autem per priſtaldum nomine Gabrielem miſit ad cã dens ferrum Varadinum, ſed in termino quẽ priſtaldus dixit vtriq; parti prefixiſſe, Varadini non comparuerunt.

179 Nicolaus filius Angelus impecijt Iuam filiũ Ioannis de decẽ marcis, & vno capite hominis violẽter ablatis. Quos heimu comes Iudex a rege Andrea delegatus diſcuciens, per priſtaldum nomine Cheger, miſit Varadinum, vbi homo Nicolai, portato ferro iuſtificatus eſt.

180 Ceca de villa Curnad impecijt ioubagionẽ Petri no-

tri nomine Geus, & seruum eiusdem nomine Tomam pro furto. Iudice Ecce comite de Clus, & Bilotis Cherceg, & Petro. Pristaldo Vizozlou, Geus & Tomas portato ferro, iustificati sunt.

181 Salta de villa Sadan impecijt Mogũ de villa Pagit pro furto, Iudice Vencezlao comite de Zothmar, pristaldo Pousa, de villa Ticud, Mogus in termino quem pristaldus dixit vtriq; parti præfixisse, Varadini non comparuit.

182 Ogyuz & Tumulot ioubagiões castri Zounuc impecierunt quosdam de villa Kezuga, Ioab, Moc Meduen, & Forcos, & de villa Peresnec, Tibam, & itẽ ioubagiones Petri scilicet Kesam, & Micou, de damno decem marcarũ facto per violentiam, Iudice Mica comite Bicoriensi a rege delegato. Pristaldo Iano, de villa Cheydreh. Homo Ogyuz & Tumulot, nomine Cherpha, portato ferro cõbust9 est.

183 Endre, Hodnogio, Petrus, & Sebrec Centuriones, item Vẽdeg & Zenazt, ioubagiones castri de Zotmar, impecierunt Voyzloum, Ioubot, Potonam, Bodam, Bartoleum, Latũ, de villa Guernezt, dicentes, q ioubagiones essent de castrensibus exempti, Ipsi vero dixerunt se esse ioubagiones naturales, qui .s. ioubagiones sancti Regis dici solent, Quos Vingyozlou comes de Zothmar discuciẽs, per pristaldum nomine Kazmer, de villa Petus, misit Varadinum, ad candentis ferri iudicium, Quo

cum veniſſent Vendeg, ex parte coaduerſariorum ſuorum ſe miſſum eſſe aſſerens, ex parte illorum & ſua, ſubterfugit candentis ferri iudiciũ, dicens aduerſarios prænominatos naturales ioubagiones eſ ſe ſciliczt ioubagiones ſancti regis, & ſe cum ſoci is ſuis iniuſte illos impecijſſe.

184 Bacina de villa Mogos Mortu impecijt uxorem Simonis de villa Apa, dicens q̧ quidã ſeruus Martini comitis nomine Vota, filium ſuum occidiſſet ipſa preſente & conſenſiente in mortem filij illius Mica bichorienſis comes diſcuciens, ꝑ priſtaldum nomine Prena, miſit Varadinum, vbi præfata mulier portato ferro, iuſtificata eſt.

185 Ypolitus de villa Halap, impecijt vxorẽ Vogis de eadem, de dampno trium marcarum. Iudice Kelem comite Priſtaldo Petro, de eadem villa, Mulier portato ferro iuſtificata eſt.

186 Tiburcius de villa Nadaſt, impecijt omnes villanos de villa Domulim de quindecim bobus, & vno equo violẽter ablatis, Iudice Gyula, Bano priſ taldo Sumpoz iuſtificatus eſt.

187 Cuſyd de villa Ziloc impeciit conuillanum ſuum ſcilicet, Forcos de furto, iudice Stephano curiali cõite de Ziloc, priſtaldo Gueztiua Forcos portato ferro iuſtificatus eſt.

188 Viba de villa Macra prædio Lelez, impecijt Ibã & Danũ de occiſione fratris ſui per latrocinium,

Iudice

Iudice Mica cõite de Bichor, priſtaldo Anania de villa Buc, Iba portato ferro pro ſe & fratre ſuo Dano iuſtificatus eſt.

189 Petrus de villa Cheuz: & comprouinciales eius impecierunt Vitalē de eadē villa pro furto. Quos Demetrius curialis comēs, precepto regis diſcuciens, per priſtaldum nomine Vrman de villa Gyurge, miſit Varadinum, vbi prædictus Vitalis, portato ferro confugit ad Eccleſiam, dicens ſe eſſe combuſtum, prædictus itaq; Vrman vendidit Vitalem cum vxore ſua, & filiabus ſuis, & cum ancilla & filio ancille ſue, & cum omni poſſeſſione ſua, Laurētio filio Martini.

190 Notum ſit omnibus chriſtianis, quod cum Voca & Kereu, de villa Tura, iminēte neceſſitate, ſororem ſuam Martinā, in vadio poſuiſſent apud ſacerdotem de Barhā nomine Moyſē pro marca vna Non habētibus illis vnde Sororem ſuam redimāt, prænominatus Sacerdos pro remedio animę ſuē, dimiſit illam, & debitum dimiſit ei.

191 Nicolaus de villa Ghony impecijt cõuilanos ſuos .ſ. Michaelem, Texen, Burat, & Mecam de occiſione filij ſui, Quos Martinus comes per priſtaldum nomine Scaden, miſit Varadinum, ad examē ferri candentis, vbi prænominati Rei, de homicidio ſunt conuicti.

192 Texa Yſmaelita de Nyr impecijt villãos Cegã,

pro marcis duodecim, Alexandro comite Iudice a rege delegato, Qui per priſtaldum nomine Stephanum Varadinum miſsi taliter conuenerunt, quod prædicti villani darent aduerſario ſuo quinq; marcas, fertone minus, ijdem iudici ſatiſfacerent, Ius autem Priſtaldi Texa perſolueret.

193 Kuſun de villa Zupur, cum conuilāa ſua matre .ſ. Seden, quam de veneficio impecierat taliter conuenit, ꝗ ipſe nichil acciperet, & Iudici .ſ. Thomę vicearchidiacono tertiam partẽ perſolueret. Priſtaldo autem ſuo communiter cum illa ſatiſfacerẽt, reliquas partes iudicis & priſtaldi præfate mulieri reliquid perſoluendas.

194 Vniuerſi ioubagiones Bichorienſes impecierũt ante Micam comitem eorum vniuerſos caſtrenſes de Bichor dicentes, quod ipſi caſtrẽſes bis accepiſſent ab eis debita iudicia, in quibus ipſi ioubagiones, caſtrenſibus tenebantur. Supradictus itaq; Iudex dato priſtaldo nomine Laurẽtio de villa Queſereu, ad iudicium ferri candentis miſit Varadinũ vbi taliter conuenerunt, quod p̄dicti caſtrenſes, darent præfatis ioubagionibus quinquaginta & tres boues. Iudici autem & priſtaldo vtraq; pars, ſimul ſatiſfaceret.

195 Bandu de villa Gyan, portato Varadini ferro, pro fractione dentis, & dampno quadraginta põderũ argenti, iutificatus eſt, contra Guta, Boyciud, & domi-

& dominum Kekeu, Iudice Ragnaldo præpoſito
Varadinenſi, & priſtaldo nomine Georgio.

196 Stephanus de villa Perlu impecijt Simonem fili
um Fecu pro ſurto, Iudice curiali comite de Zou-
nuc nomine Angelo, priſtaldo Moys, Prædicttus
Simon portato Varadini ferro, combuſtus eſt.

197 Choucad vxor Tekudini ſerui Fabiani, cõqueſ-
ta eſt Simoni Varadienſi Epicopo dicens, ꝗ cum
ipſa ſit libera, dominus ſuus Fabianus velit eam re
digere in ſeruitutem. At ille dixit eam ſuã eſſe an-
cillam. Illa vero dixit tutorem ſuę libertatis nomi-
ne Gunuzt. Prænõinatus itaq; iudex poſuit eos ad
iudicium ferri candentis, dans eis priſtaldum no-
mine Farcaſium. Sed interea prædicta Choucad, ſe
ipſam recognoſcens confeſſa eſt, ſe eſſe ancillã Fa-
biani, vt ipſe aſſerebat, Fabianus vero ipſam quidẽ
retinuit ſibi in ancillam, ſed filias eius dimiſit eſſe
liberas, cum omni generatione, que ab illis eſt ſuc-
ceſſura, vt quam ipſe, tam omnis earum progenies
vtriuſque vbi voluerint manendi habeãt libertatẽ.

198 Sabud & Kereu impetierunt Tiuã de occiſione
Nurus ſue Sororis ipſorum. Iudice Gabriele Archi
diacono, Farcaſio priſtaldo, Qui cum Varadinum
aduenïſſent, taliter conuenerunt. Quod Tiuandu
daret aduerſarijs ſuis, duas marcas, & idem priſtal-
do ſatiſfaceret, pro parte autem iudicis aduerſarij
ſui tenerentur.

199 Zada impecijt Tecam pro tribus bobus, & quĩdecim cubitis pãnorum, pro tunica & pallio, Iudice Gereone, priſtaldo Voſos, Prædictus Zada, portato ferro Varadini combuſtus eſt.

200 Hertueg de villa Hertueg impecijt Gregorium de eadem villa, dicens quod fratrem ſuum interfeciſſet, Iudicæ Ioachin Biloto, priſtaldo Ibrachin, Illi autem Varadini taliter conuenerũt, quod tam ipſi, quam omnis poſteritas eorum in hac cauſa pacem haberent. Gregorius autẽ daret aduerſario ſuo nomine Hertueg tres marcas, fertone minus, & idem priſtaldo ſatiſſaceret, Iudici autem dominus Hertueg teneretur.

201 Comprouinciales noui caſtri, & horum ſpecialiter Cenka de villa Gienda impecijt de furto Petrum filium Nuhu de Qecy, Iudice Bank, priſtaldo Gregorio de villa Peta, Præfat9 Petrus portato ferro, iuſtificatus eſt.

202 Comprouinciales noui caſtri, & horum ſpecialiter Buba de villa Tumur impeciere Mathiã de villa Loch prædio Martim pro furto, iudice Bank comite, priſtaldo Gregorio de villa Peta, Matthias mundatus eſt.

203 Guthfreeus præpoſitus orodinenſis conqueſtus eſt Nicolao palatino dicens, q in prædio eccleſiæ de Pauli nomine Heyka occiſus eſſet ſeruus eccleſiæ per ſeruientem Bodun, filium Michaelis de Kata nomi-

ta nomine Bodou, & dato termino prefato Bodun a Palatino, vbi ipſe cum prouincialibus ſuis diſcuteret, Itaq; retento priſtaldo Palatini nomine Zuma, diſcuſſos miſit Varadinũ, ad examen ferri cãdentis, vbi homo Eccleſiæ de Pauli combuſtus eſt.

204 Rychya de villa Fehektou, impecijt dominum Forcos de villa Kemeſa pro furto, Iudice Banc comite, priſtaldo Miſca de villa Hologd, Forcos portato ferro iuſtificatus eſt.

205 Echilleu de villa Bulſu, cum prouincialibus ſuis impecijt conuillanum ſuum Moſud de furto, eodẽ iudice, & priſtaldo, Moſus iuſtificatus eſt.

206 Felceu & Bota de villa Fegyernuc, Mogd, Michodeus, & Petrus de villa Aſu, Item alius Michodeus, Paul, Zacheus, Georgius de villa Shmula impeciere quoſdam de villa Echek .ſ. Bugy, Vrdan, Potetam Vcus, Beat, Vtam, dicentes, quod eſſent eorum coofficiales, & ſimiliter centurionatui ſubiecti, Illi autem dixerunt non eſſe ſubiectos centurionatui, Sed debitores liberorum denariorum, & hoc idẽ dixerunt ioubagiones caſtri .ſ. Forcos, Poſon, Ypolt, Lucus, Vhuta, Iacob, Mathias, Quos Petrus comes Vicarius Dioniſij comitis miſit Varadinum, per priſtaldum nomine Moys, de villa Heten, vbi prænominati caſtrenſes Heues non comparuerunt preter vnum, qui dixit ſe vocari Forcos & vnum de aduerſarijs, & miſſum eſſe exparte ſociorum ſuorum, & ſubterfugit iudicium ferri can-

dentis ex parte ſociorum ſuorum, & ex parte propria dicens ſe & ſocios ſuos, falſo prænominatos villanos Echek de contribulatu pecijſſe.

207 Vniuerſi villani Sagu, & vniuerſi villani Halaz de prouincia Naugrad, impecierunt ioubagiones eiuſdem caſtri .ſ. Gilianum, Michaelem, Hyuan, Paulum, Vlues, Fintur, Shubancam, Herricũ, Paulum, Chepanum, Feketem, Tiburcium, Zemerem de deſtructione rerum ſuarum, ad ęſtimacionem Sexaginta marcarũ, Iudice Boloſoy comite de Nau grad, permiſſione & auctoritate Nicolai Palatini comitis iudicante, Priſtaldo Micou de villa Belk, Prenominati ioubagiones in termino quẽ præfat⁹ priſtaldus vtrique parti ſe dixit præfixiſſe .ſ. in octaua Ioannis Babtiſtae, Varadini non cõparuerũt.

208 Anno ab incarnacione domini Milleſimo, Ducenteſimo xvij. Regnãte victorioſiſſimo Rege An drea. Simone Varadinẽſi Epiſcopo exiſtente. Gyu la comite Paletino, Nimcha comite Bichoriẽſi, An niano, Lectore & Notario, Bichorienſes de centu rionatu Sceculzaz, & horum præcipue Tenkeu de villa Ebey, impecierunt quẽdam liberum hominẽ nomine Deum, dicentes, ꝙ eorum eſſet conciuis, Deus autem dixit ſe liberũ eſſe omnino. Nimcha itaq; cões Bichorienſis, ex præcepto Regis eos diſcuciens, interrogauit reſponſa ioubagionum Bichorienſium .ſ. Luce Hodnogionis, Petri, Bibae, Tegegu

Tegegu, & aliorum, Qui cum præfatum Deum & ipſi caſtrenſem eſſe dixiſſent, poſuit hoc ſuper iuramentum eorum, Quibus iurare non audētibus, caſtrenſes cōdempnauit, & prædictum Deum libe rum eſſe denuntiauit, atq; per Ioancham comitem priſtaldum regis, præſentibus prænominatis caſtri ioubagionibus, libertatē eius nobis fecit cōteſtari.

209 Sol filius Salomonis littigauit cum Abbate de monaſterio Gabrielis Iohē, de quinq; capitibus ho minum, tribus viris, & duabus mulieribus, coram Simone Varadinenſi epiſcopo, & quibuſdam canonicis eius Martino & Vidone, & corā Nuncha comite Bichoriēſi, dicēs illos quod ſui iuris eſſent, E contra præfatus abbas aſſeruit eoſdem, quod ſoror ipſius Sol nomine Sebe, ſub tali titulo eccleſiæ Gabrieli dimiſiſſet, vt vnus illorumnomine Cholоz ſeruiret eccleſiæ Sancti Michaelis annuatim cū ſexaginta panibus, vno boue trienni, tribus anſeribus, quinq; gallinis, & ſex cubulis cereuiſię, atq; denarijs ad tres miſſas, & due mulieres .ſ. Scepa, & Vederey eſſent lotrices eiuſdem Eccleſiæ. Duoq; viri .ſ. Sekur, & Lotomas liberi quidem eſſent, ſed Legatary. Prænominatus itaq; Iudex .ſ. Neuca comes poſuit hanc cauſam ſuper iuramentum Decani de ſupradicta eccleſia, & fratris illius, quem ad uerſarius eligeret, & de comprouincialibus teſtib⁹, ſuper iuramentum Ioachin de Lazdu, Qui cum pa

rati eſſent iurare ſuper ſepulchrum Sancti Ladiſlai regis, coram Paulo Sacerdote, coram Tumpa, & Sidrac, Archidiaconis, & alijs. Supradictus Sol adiurare eos recuſauit, præſente priſtaldo nõine Thoma filio Stephani de territorio Bichorienſi.

210 Detuſa de villa Sarus impecijt conuillanum ſuũ nomine Detreh, de combuſtione domus ſuæ & de furto. Quos Petur curialis comes Dioniſij, Regie maieſtatis Camerarij, ex præcepto domini ſui diſcuciens, miſit Varadinum ad iudicium ferri candẽtis per priſtaldũ Sidizlou nõine, Detreh itaq; portato ferro Varadini iuſtificatus eſt.

211 Helg de teritorio Bichorienſi impecijt Petrum & Paulum filios Both Hodunogionis, dicẽs quod cum vrgẽte neceſſitate ad prædium illorum cũ tribus libertinorum capitibus confugiſſet, & poſtea ceſſante aduerſitate, ad terram natalem redire diſponeret, illi tres libertinos illos ab eo violenter abſtuliſſent, Qui cum hoc ſe feciſſe negaſſent, Nuncha comes Bichorienſis, per priſtaldũ nomine Benedictum de villa Vduori, miſit illos Varadinum, vbi ꝑmemoratꝰ Helg portato ferro, iuſtificatꝰ eſt.

212 Miniſtri Regis de prouincia Zobolch .ſ. Yna, Elea, Nicolaus Forcos, Tomas, Yſac, Bol, Ioannes, Abſalon, Petur, Paul, Fequete, Primus, Egidius Archidiacõus, Peth, Pouſa, Fergued, Leuſtach, omnes iſti cum cognatis ſuis, Item populis Agrienſis Eccleſiæ,

clesiæ, Præterea curialis comes de Zobolch, & omnes Ioubagiones & Ciues castri Zobolch, impeciere de furto Dorcũ de villa Bala, Benedictũ & Paulum de villa Bulkan, Degam de villa Petri Homdeum de villa Nãas, & seruum eius nomine Marcellum, Iudicibus Banc, & Benedicto comitibus, Pristaldo Myska de villa Hologd, Prædictus Homdoy & seru9 eius Marcell9 portato ferro, iustificati sũt. Alij vero non comparuerunt, & iudices rescripserunt eos haberi pro condemnatis.

213 Comprouinciales de Zobolch, horum specialiter Paulus & Petr9 dæ villa Ethe, impecierũt Homodeum de villa Bolth de latrocinio, Iudice Banc comite, Pristaldo Mysca præfato, Prædictus Homodeus portato ferro, iustificatus est.

214 Comprouinciales de Zobolch, & horum specialiter Tump de villa Petur, impecierunt Nicolaum Beusam, Mantam, Ioannem, Geysam Botonam, & Egidium de villa Cyeguen, de furto, Iudicibus Banco, & Benedicto, Pristaldis Myska, & Shazlou ex illis Manta & Ioannes, portato ferro, ad solucionem non exiuerunt de ecclesia, Præterea prædicti Geysa, Botona, & Egidius combusti sunt, Præfati vero Nicolaus & Beusa in dato termino Varadini non comparuerunt.

215 Comprouincieles de Zobolch, & horum specialiter Ela, de villa Tholna, impecierunt Bacã de vil-

la Tam de furto, Iudicibus Banc, & Benedicto comitibus, Priſtaldis Miſka, & Shazlou, Prædict9 Baka portato ferro combuſtus eſt.

216 Comprouinciales de Zobolch, & horum ſpecialiter Georgius de villa Vtholm impeciere de furto, Iacobum de villa Onuz, & Mocyodum de villa Nanas, Iudicibus Bãc & Benedicto, Priſtaldis Miska & Shazlou, Prædict9 Iacob, in dato termino nõ venit in locum: Mocyod vero portato ferro, ante ſolucionem manus, fugit.

217 Cum quidam Colõan nomine de villa Vlozyghaz aſſereret corã Bãco comite, quod Muholtum de villa Shyub quinque ville impeciſſent de furto. Quidã Petr9 de villa Shazta negauit ex parte quĩq; villarum eundem Muholtũ impetitũ eſſe de furto, Præfatus itaq; iudex miſit prædictu Colomanũ & Petrum ad Proudam, vbi Petrus ſtetit ad iudicium ferri candentis, Colomanus autem non comparuit, Et iudex mandauit per priſtaldum ſuum nomine Ioannem de Bichor, prædictum Colomanum haberi pro condemnato.

218 Cuta de vila Sur, impecijt conuillanum ſuum .ſ. Fintur de furto. Prædict9 Finthur portato ferro iuſtificatus eſt. Iudicibus Banc & Benedicto, Priſtaldis Miſca & Shazlou.

219 Furcug, & Vilma, de villa Tam: impecijt Paulũ de furto de villa Nanas, Iudicibus Banco & Benedicto,

dicto, Priſtaldis Miſca & Shazlou, Præfatus Paulus in dato termino Varadini non cõparuit, & iudex habuit pro condemnato.

220 Teka de villa Vod, comprouincialibus de Zobolch ĩpecijt Kebeket, & Bodolt, de villa Zũuchy, de furto, Iudicib9 Bãc & Benedicto, Priſtaldis Miſka & Shazlou, Prædicti fures Rebeket & Bodol in dato termino Varadini non comparuerunt, & Iudex habuit eos pro condemnatis.

221 Nicolaus de villa Erdei impecijt dominũ Yhad ſeruum Monaſterij de Taplucya, Miſcocij de damno duarũ marcarum, Iudice Banc, Priſtaldo Gregorio de villa Petur. Qui Varadini taliter cõuenerũt, Quod Yhad daret vnum bouem, & tres penſas Nicolao, & idem ſatiſfaceret, Priſtaldo dando marcã & dimidiam, & Priſtaldus Iudici ſatiſfaceret.

222 Nicolaus de villa Erded impecijt conuillanum ſuum nomine Shamã de furto, coadiuuantib9 prouincialibus ſuis, Iudice Banc, Priſtaldo Gregorio prædicto. Shama portato ferro iuſtificatus eſt.

223 Suda de villa Gegy coadiuuantibus comprouintialibus ſuis impecijt Michaelem ioubagionem eccleſiæ Debruenſis de furto, Iudice Banc, priſtaldo Gregorio prædicto, Michael portato ferro iuſtificatus eſt.

224 Yhad de villa Lad cumprouincialidus ſuis impecijt Torſam de Nylos de furto, Iudice Banc, Priſ

taldo Gregorio prædicto, præfatus Torſa ad ſolucionem manus non exiuit de eccleſia.

225 Vrman de villa Erdei impecijt conuillanam ſuã .ſ. vxorem Batur pro adulterio, Iudice eorum Madian, & Iudice Archidiacono Petro priſtaldo Hul deg de eadem villa, Qui Varadini pro bono pacis taliter conuenerunt, Quod vxor Batur iudicib9 ſatiſfaceret, Vrman vero Priſtaldo.

226 Simon de villa Gyad, Teca de villa Tata impecierunt Andream de villa Seuryegu pro quinquaginta marcis, Iudice Nicolao Palatino comite, Priſ taldo Erded, Prædictorum homines .ſ. Simonis & Teke, portato ferro combuſti ſunt.

227 Laurentius de villa Katay, litigauit cum Daniele, Petro, & Laurẽtio de villa Dingonogu pro triginta marcis, Iudice Nicolao Palatino, priſtaldo Pouſa de villa Libicy, Homo predicti Laurẽcij de Kata, portato ferro iuſtiſicatus eſt.

228 Sumuracus Poſonienſis comes coram iudice de legato a Rege .ſ. Aguz comite litigauit cũ decem & octo hominibus, de villa Shut, pro quindecim marcis, Quos Aguz comes iudicãs per priſtaldum Tolnam de villa Sen Niclous miſit Varadinum ad candens ſerrum, vhi homo prædicti Sumaraci comitis nomine Zakens, portato ferro iuſtificat9 eſt.

229 Borokun filius Gynle impecijt quoſdam duſini cos de villa Iouan, ad Eccleſiam ſancti Petri in eadem villa

dem villa attinentes .ſ. Obuganum, Thekum, Chemam, Chemzam, Michaelem, Petrum, Latamaſum, Martinum, Chedam, & Cozmam, dicens, q cum ſint Duſinici a genere eius .ſ. Iohan manumiſſi, cō tra ipſum tamen ſuperbiant, Illi autem reſponderunt ſe Duſinicos quidem eſſe a præfato iohā cum terra ſua dimiſſos, Sed eundē iohan nulla conſanguinitatis linea ad ipſum videlicet Borocū pertinere, & ita ſeipſos nullo penitus dominio eidem Borokum eſſe obnoxios, Banc igitur comes de Burg, poſuit ſuper iuramētū Martini & Fonchukae cognatorum Borokun, & ſuper iuramentum duorum finitimorū, quos aduerſarij eligerent, & miſit vtramq; partem Varadinum per priſtaldum nomine Stephanum de genere Zachu, de villa Berenta, vt illis quatuor ibi iurantibus, memoratū Iohan eſſe genus Borokun conſtaret. Dato itaq; eis termino in dominica Factus eſt, nominati duſinici, cū priſtaldo ipſorum Stephano prænominatos teſtes adiuraturi fuere Varadini, Sed prædicti teſtes nō cōparuerunt. Præfatus tamen aduerſarius miſſo ſeruiente dixit eos fuiſſe citatos ad regem, & ideo ad terminum non potuiſſe venire, dato item ſecundo termino, venit prænominatus aduerſarius, & ſicut prius per ſeruientē, ita per ſeipſum dixit iam dictos teſtes citatos eſſe ad regem, & ideo ad terminū non potuiſſe venire, Sed cū hoc præfato iudici falſum eſſe conſtitiſſet, præfatum Borokun condem-

nauit, & prænominatos Dusinicos cum terra eorũ iustificandos esse secundum præscriptã assercionẽ eorum, & pristaldum suũ testimonio capituli Varadinensis fecit commendari.

230 Comprouinciales noui castri, & horum specialiter Borz, Guza Quere, de villa Alexãdri impecierunt seruientem Egidij de villa Petur nomine Rochum de furto, Iudice Banc, Pristaldo Gregorio de villa Petur. Rochus portato ferro mundatus est.

231 Tota villa Tumur impeciit Martinũ filiũ Mochou de genere Beli Bani de dãpno quindecim marcarum, & de occisione duorum hominum, Iudice Bãc, Pristaldo Alberto de villa Nohcodi, qui in loco taliter conuenerunt, Quod prædictus Martinus persolueret septem marcas prædicte ville Tumur, Idem Martin9 satisfaceret Iudici, Pristaldo vero villa Tumur satisfacere teneretur.

232 Petrus de villa Gyon impecijt conuillanum suũ dominum Segym, de occisione cognati sui per violenciam, Iudicibus Barraba comite, & magistro Fila, pristaldo Omodoi, Scegyun portato ferro Varadini iustificatus est.

233 Mouric de villa Barc impecijt quẽdam nomine Becum sine manibus, de dampno quinq; marcarũ, Iudice Gyula comite palatino, Pristaldo Bertolõ, Homo Mouricini portato ferro iustificatus est.

234 Agya & Dionisius comites impecierunt iouba

giones

giões Priuarti qui ſunt in villa Vodozt. .ſ. Vs, Paſcham, Leuſtachium, Petrum, Chekã, Scendu, Paulum, Bedur, Schechni, Rodum, & Sthanum dicentes, q furati eſſent pecuniam matris ipſorum, Quibus rẽ negantibus, Smaragdus comes, ex præcepto regis Andreę: diſcutiens per priſtaldum nomine Andream, de villa Zumlun, miſit Varadinum, vbi prædicti comites, cãdentis ferri ſubterfugerũt iudicium, dicentes aduerſarios ſuos iuſtos eſſe, & q ipſi ignoranter eos impecijſſent de furto, Priuatus autẽ & ioubagiones eius pro bono pacis & intuitu cognationis dimiſerũt Agye & Dioniſio comitib9 debitũ talionis, in quantũ ad ipſos attinet.

235 Michael, Paulus, & Zoulat, dixerunt ſe teneri Agye & Dioniſio comitibus in triginta marcis argenti, & debere decẽ perſoluere in die Ramiſpalmarum, & alias decem in feſto Aſcenſionis. Tertio decem, in feſto Ioannis Baptiſte.

236 Cuſid vxor Dominici de villa Sãctę Crucis, portato ferro contra Ananiam conuillanum ſuum, oſtendit ſe non eſſe veneficam, Iudice Paldus vicearchidiacono de Zounuc, priſtaldo Laurentio de villa Detreh.

237 Boncia de villa Firu impecijt generum ſuũ Somham, & matrem eiuſdem .ſ. Rugam, & fratrẽ Rugę. .ſ. Moncau de ſuffocatione ſororis ſuę videlicet ipſius Bontie, Iudice Mica comite, Priſtaldo Bar-

tholomęo de villa Nyec, Qui Varadini taliter con uenerunt, Quod Somha habetur pro homicida, & Ruga perſolueret quinq; marcas fertone min9, vſq; feſtum Sancti Georgij, & idem ſatſfaceret Priſtaldo, Partem vero Iudicis Boncia perſolueret.

238 Muncu de villa Beruei impecijt cōuillanū ſuum .ſ. Vidam de conſenſu & participatione atq; proditione rei furtiuę, iudice Villico ipſorum .ſ. Vulchi priſtaldo Lotomas de eadē villa, Aliumquoq; de villa Margneta nomine Vulchim impecijt idē Munc de furto, priſtaldo Herrico, Iudice Tumpa curiali comite de Zounuc, Varadini autē portato ferro & Vida & Munc iuſtificati ſunt.

239 Simoun de villa Semec, vt ipſe dixit de ſe, Priſtaldus Ioannis curialis comitis de Bichor, vt idem de ſe dixit conteſtatus eſt ex parte præfati comitis, & Tupſa Biloti Bicorienſis, quod Varou filius Korochi de villa Iraz citatus a conuillano ſuo nomine Hyued, & item a Iacobo, Alberto, Teodoro, Forcoſt, Pentek, Guntu, Kemedu, Vruz, Chicou, ꝗ de villa Sari pro furto ſepties ãte præfatos iudices, & ante prædeceſſores Ioannis comitis non veniſſet, proclamatus eciam per fora & prouinciam vt veniret ad iudicium, non veniſſet, Ioannes itaq; curialis comes, & Tupſa Bilotus, ipſum furti reū condempnaſſent.

240 Andreas filius Scerben dicens ſe habere votum eundi

eundi Ieroſolimam & nunquam inde reuerti, ab-
ſoluit vxorem ſuam, dans ei nubendi licẽciam alij marito, & dans ei duo capita hominum, Vxor autem ſua conteſtata eſt per fratrem ſuum Stephanũ abſoluiſſe maritum ſuum a coniugio ſuo, & ab omni dote omniq; debito, in quo maritus eius ei tenebatur, aſſerens ſe cõtentam eſſe duobus illis capitibus hominum, quos maritus ſuus ei cõtulit.

241 Tunc & Legyn caſtrenſes Bichorienſes de villa Gyan, coadiuuantibus Luca principe exercitus, & Matthia Centurione, impecierunt Libertinos Forcos & Kelemen. ſ. Iſeput, Bulſuhut, Chimont, Saſhat, Meduet, Ilobarut, hos õnes cum filijs ſuis. Itẽ Belat, Egidut, Tadeuſut ꝓ conciuibus ſuis. Kelemẽ autẽ & Forcos dixerũt eoſdem ſuos eſſe libertinos et accepto iudice a doĩo Rege Andrea, Smaragdo comite, & priſtaldo Iula filio Vacæ, ĩter multos adduxerunt Micam comitem in teſtimonium, cuius teſtimonio cum præfatus iudex eſſet contentus, ex præcepto Regis, poſuit ſuper iuramentũ ipſius Mice comitis, vt .ſ. ipſo ſuper ſepulchrum ſancti Ladiſlai Regis iurante, prænominati Libertini, prę-nominatis Kelemẽ & Forcos redderentur, Cumq; Mica comes ſtaret ad ſanctum ſepulchrum iuraturus, prædicti caſtrenſes reconciliati ſunt cum Kelemen & Forcos, ita .ſ. quod ipſi reddiderunt prænominatos libertinos, p̃fatis Kelemen & Forcos ß in

puritate promiſſa, compromiſerunt enim Kelemē
& Forcos, quod receptos libertinos ſuos, in infe-
riorem condicionis ordinem non deprimerēt, ſed
in eodem ſtatu .ſ. Libertinorum retinerent, Gene
raliter de ipſisquoq; Caſtrēſibus alia ablata non re-
quirerent.

242 Vniuerſus Varadinenſis Eccleſiæ conuentꝰ Vni
uerſis præſentes literas inſpecturis. Salutem in do-
mino, Anno domini Mileſimo Ducenteſimo, De-
cimo Sexto. in ſeptimana, Omnis terra, Farcaſius fi
lius Gyama, veniēs cum Martino de villa Guerdei,
Priſtaldo Gyula comitis Palatini ad iudicium ferri
candentis, contra Martinum de villa Zobolſu, rap
torem .ſ. filię ſuę, & contra coadiutores illius ſte-
tit per totam ſeptimanam illam, ſed nullus de ad-
uerſarijs ſuis comparuit præter quendam nomine
Scegium, qui ſe nobis & poſtea iudici coadiutorē
pręfati Martini fuiſſe confeſſus, exoculatus eſt. Me
moratꝰ itaq; Forcaſiꝰ, ad p̄fatū iudicē reuerſꝰ, renun
ciauit cum priſtaldo ſuo aduerſarios ſuos ad iudi-
cium ferri non veniſſe, Iudex igitur condemnauit
illos. Nam per eundem priſtaldum ſuum & Farca
ſium tales nobis remiſit literas. Gyula dei gracia co
mes Palatinus, cuncto capitulo Varadinenſis eccle
ſię, Salutem & dilectionem, Notificamus vobis ꝗ
aduerſarij Forcos, quorum nomina hęc ſunt. Mor
tun, Zobolchi, cum ſeruiētibus eorum, Moruc, Ioa
nus,

nus, Niclous, Stephan, & frater eius Ioud, & ſeruus ſuus Scimad, Gyomolth, Fyod, Petka, & vnus germanus eorũ Bena, Gyurg, Mogud, Abel, Olberth, & ſeruiens ſuus Chyma, Matthæus, Cecur, Scenter, Abram, Vece, Toluoy, Buc, Scumud, in præſentia noſtra remanſerunt, & eos ferrum leuare in locum Waradinum miſimus, Quos termino præfixo priſtaldus noſter non dixit veniſſe, Quod ſi verum eſt, & vos ſcitis, quod prædicti homines ibi non fuerint, iam dicti Farcaſij cauſam literis aſſignatę, & omnes prænominatos remanſiſſe. Nos autem ſicut prædiximus, huius rei teſtes ſumus, quod prænominati homines in prædicta ſeptimana, Omnis terra, Waradini non comparuerunt, prętet iamdictũ Scegium.

243 Paul de villa Beltuk, impecijt omnes Flandrenſes de Batar, pro occiſione fratris ſui Benedicti, ꝗ cum prædicti Flandrenſes non difiterentur, ſed dicerent ſe illum in latrocinio occidiſſe, Eſau comes de Hugoſa, ex præcepto regis diſcuciens, per priſtaldum nomine Martinum miſit Waradinũ ad candentis ferri iudicium vbi Paul portato ferro iuſtificatus eſt.

244 Pouſa requiſiuit duos ſeruos vxoris ſuę filię Hudus comitis .ſ. Futan, & filium eius Lucam coram Neuka comite Bicorienſi a canonicis de ſãcto Prothomartire, Illi autem dixerunt eoſdem ſeruos do-

natos eſſe ab uxore ipſius, pro remedio animę prioris mariti ſui .ſ. Boc. Præfatus itaq; Iudex poſuit ſuper iuramentum vxoris Pouſe, quod .ſ. ipſa iuraret cum duobus filijs ſuis in eccleſia ſancti Prothomartiris & illos ſeruos poſitos in eadẽ eccleſia auderet educere de Eccleſia, Aſſignato itaq; termino pręfata mulier cum filijs ſuis non venit, neq; procuratorem cauſę ſuę miſit. Præmemoratus itaq; iudex condempnauit eam & maritum eius Pouſam, & ꝑ priſtaldũ nomine Samam de villa Burſa nobis cõteſtari, & præſenti pagina fecit æternari.

245 Michael filius Deda, impecijt Vitalem de genere Aba, dicens, ꝙ per filium ipſius paſſus eſſet dampnum, ad ęſtimationem duarum marcarum & dimidie coram arbitris videliczt Duda, Petro, & Tugza, de villa Vnga, qui diſcucientes eos miſerunt ꝑ priſtaldum nomine Zekeů ad examẽ ferri candentis Waradinum, vbi homo prædicti Vitalis portato ferro iuſtificatus eſt.

246 Roma de villa Beu impecijt Paulũ de villa Numchuny de dampno vnius marcis & dimidię, Quos Laurencius iudex curię & comes Nittrienſis diſcutiens miſit per priſtaldum nomine Petrum de villa Ker, ad examen ferri candentis Waradinum, vbi homo Rome portato ferro mundatus eſt.

247 Zabaria filio Ioannis de villa Iarũ .ſine omni hęrede mortuo, vxor eius nupſit Mico filio Nicolai, qui Mi-

qui Mico & Paulus frater vxoris eius traxerunt in causam nominatum Ioannem & fratrem ipsius Iro mom sacerdotẽ, pro dotalicijs præfate mulieris, an te Alexandrum Waradinensem episcopum, Ipse au tem eandem causam delegauit Stephano Archidia cono & Oeconomo suo debito fine decidendã, Illi vero corã illo cõstituti responderunt se dotes illas totaliter ꝑsoluisse corã idoneis testib9 de prouĩcia ipsorũ, Quod cũ iamdicti actores negarent, Ioannes & Yromus iussi sunt testes suos exhibere, Qui bus exhibitis, præfatus iudex delegatus, posuit super Iuramentum ipsius Ioannis & Iromi, & prætere decem testium .s. Lodi Abbatis de Cholt, Hesce de villa Carol, Apae, Micæ, Ioannis, Dominici, & Balad de genere Borsa, Leonardi de genere Zuord, Beliamin sacerdotis de villa Zigholm, & Pauli comitis de genere Smaragdi, Qui omnes cum ad sepulchrum sancti Ladislai Regis iuraturi accessissent, sæpe iam dicti actores non ausi sunt eos adiu rare .s. aduersarios suos pro iustis dimittendis pacem eorum, interuẽtu amicorum, impetrarunt, præ sente pristaldo ipsius cause Beniamin vicearchidia cono de villa Nadan

248 Multitudo castrensium de Bursod, & quidam iou bagiones eiusdem castri .s. Petrus, & Colman, vociferati sunt contra Demetrium comitem ipsorum Regi Andreę, dicentes, quod iniustis iudicijs & in

debitis exactionibus eos aggrauasset, Præfatus autem comes negauit hoc, quin imo adiecit, quod illi multa ei damna & iniurias intulissent, & hoc ipsum omnes alij ioubagiones tam exempti quam liberi sancti Regis, & quadraginta homines de castrensibus astruxerunt, Memoratus itaq; Rex, delegauit causam eorum Tomę Agriensi Episcopo & Salomoni Bano decidendam, Qui verbis vtriusq; partis diligenter inquisitis, posuerunt super iuramentum comitis Demetrij, vt præstito Sacramento probaret se in nullo populum suum aggrauasse, im mo per contrarium sibi eundem populum iniuriam & damnum intulisse, Cum itaq; comes & Demetrius paratus esset iurare, memorati aduersarij se ipsos recognoscentes, non ausi sunt ipsum adiu rare, & coram Pristaldo huius causę nomīe Bas de villa Harca, rediderunt se culpabiles, & dampnum comitis sui restaurare compromiserunt, Comes ve ro eorum, ad præces nosstras indulsit eis, vt tantum duas marcas & dimidiam, de toto dampno suo ei persoluerent. Nominati quoq; duo ioubagiones carcerem intrare teneretur, ibi quoadusq; vellet comes, moraturi.

249 Castrenses de Orod .s. Matthias & Sorloudan, impecierunt coram Desiderio Episcopo Iudice a Rege Andrea delegato, Nicolaum Archidiaconum & Canonicū Chanadiensem, dicētes, quod ter

ram eo-

ram eorum nomine Burſorog violenter occupaſſet, Ille autem reſpondit eandẽ terram titulo emptionis poſſediſſe, dicens quod quidam liber homo nomine Kelemen filius Wgni eam ſibi vendidiſſet Qui cum adductus ante iudicem eandem terram ei dẽ Nicolao Archidiacono ſe vendidiſſe non negaret, sed eam hęreditariam ſibi aſtrueret conſtanter iuſſus eſt a præfato iudice ferrum candens contra memoratos Caſtrẽſes Waradini portare, Quo portato iuſtificatus eſt.

250 Stephanus de villa Thepa, cepit ſeruum ſuum fugitiuum nomine Morodeku, apud Benſam de villa Tura, qui Benſa reſpondit eundem ſeruum fuiſſe ſororis ſuæ nouercę ipſius Stephani, coram arbitris, .ſ. Dominico comite & Belus, Sed cum neutra pars ſufficiens teſtimonium poſſet adducere, nominati Iudices per priſtaldum nomine Albertum, ad examen ferri candentis miſerunt Waradinum, vbi talis inter eos facta eſt conuentio, Quod præfatus Stephanus præfato Benſa daret viginti & duo pondera, Benſa vero & ſeruum fugitiuum redderet, & nichil de cognatione ſerui illius a Stephano requireret.

251 Marcha de Scylij impecijt Dedum de villa Thepa, pro clandeſtina traductione duorum ſeruorum ipſius valentium ſex marcas, coram Stephano comite de Zobolch. Qui diſcuciens eos miſit ad exa-

men ferri candentis Waradinum, vbi prænominatus Dedus portato ferro mũdatus eſt· Priſtaldo Pous de villa paul exiſtente.

252 Domina Paulia vxor Perrus, cum requiſiuiſſet a fratre ſuo Cuſtodia ſacerdote, ancillam ſuam Marguetã, & ille non redderet eam, dicẽs illam eſſe ſuam. Ioachin Iudex ex præcepto Simonis Waradinenſis Epiſcopi, poſuit eos ad iudicium ferri candentis, Qui præſente Saph priſtaldo eorum taliter cõuenerunt, Quod domina Paulia daret fratri ſuo Cuſtodię Sacerdoti marcam vnam, Ille autẽ daret ei ancillam nomine Huldhol pro Margueta, quia Marguetam dederat marito, & non potuit eam ſeparare de iure a viro ſuo, & dare Sorori ſuæ.

253 Gyobou, Gabrian, Buda, Tẽcus, Niclo, ioubagiones caſtri Zounuc, impecierunt quendam nomine Angelus de villa Gyou filium Durſi fratrem Martini & Mice dicentes, quod eorum eſſet contribulis & caſtri Zounuc ioubagio, Ille autem contendebat ſe filium Latini hoſpitis eſſe & abſolutė liberum, & defendebat eum Petrus conuillanus eius. Tunc Poul curialis comes de Zounuc, ex præcepto dõini ſui Smaragdi comitis, eos diſcuciẽs ad Praudam per priſtaldũ nomine Georgium de villa Babud, miſit Waradinum, vbi cum eſſet prædict9 Angelus portare ferrum paratus, quidam nomine Lẽgeij vt ipſe dixit de villa Zumtou, ex parte prænominato-

minatorum ioubagionum ſe ad hoc miſſum aſſerens, iudicio ferri candentis renunciauit dicens, pręfatos ioubagiones per ipſum mandaſſe, quod ſupra dictum Angelum de cõiobagionatu iniuſtė impecijſſent.

254 Caſtrenſes de Clus de Centurionatu Agad, .ſ. Sunad, Vardou, Apa, & alij coadiuuãtibus eos ioubagionibus eiuſdem caſtri .ſ. Egeben principe exercitus, Yſac Centurione, Beda Varnogy, Bela & Vadaſa impecierunt quoſdam ioubagiones Nicus filij Nicus .ſ. Vedam & fratrem eius Hyſcem dicentes eos ſuos eſſe conciues. Illi autem dixerunt ſe eſſe liberos omnino, & adduxerunt defenſorem libertatis eorum videlitzt Stephanum de villa natztha. Criſtophorus itaq; comes de Clus, per priſtaldum nomine Ela, de villa Zupur, miſit eos ad candens ferrum Waradinum, Quo Nicus & ioubagiones eius cum defenſore libertatis eorum, & priſtaldo, venerunt ſtare iudicio. Aduerſarij autẽ eorum non comparuerunt, Nec per aliquem excuſationẽ miſerunt. Nicus itaq; ad iudicem reuerſus, iuſticiam ſibi de aduerſarijs fieri poſtulauit, Quos iniuſtam impetitionem ſuam confitentes, Iudex præfatus per iam dictum priſtaldum, mittẽs Waradinũ, iniuſtitiam ſuam conuentui fecit proteſtari, venientes enim Bela, Vadaſa, & Vardou pro ſemetipſis, & pro coadiutoribus ſuis, vt ipſi dixerunt, con

feſſi ſunt prænominatos ioubagiones Nicus, non eſſe ſuos conciues, ſed iniuſte illos eſſe impetitos.

255 Paul comes venatorum impecijt Feheram de villa Solumus pro venefitio, Iudice Nicolao vicearchidiacono de Zatmar, Priſtaldo Ioanne, Fehera itaq; portato ferro Waradini iuſtificata eſt.

256 Buchud de villa Ianuſt impecijt Mecam de villa Genta pro furto, Paulo curiali comite de Bichor, & Teca Biloto iudicibus, priſtaldo nomine Voſos de villa Ianuſt. Meca itaq; portato ferro Waradini iuſtificata eſt.

257 Mahtel impecijt dominam Genuruch de venefitio Iudice Nicolao comite Trãſyluani Epiſcopi ex præcepto domini ſui, Priſtaldo Mada, Mathel vero renuntiauit Waradini iudicio candentis ferri.

258 Boſur Archipręco Bekeſienſis de villa Yca, dum poneret rationem ex cõſuetudine ſui offitij de bobus Regijs, dixit ſe a Ioanne Præcone de villa Sceueij, quatuor boues nondum accepiſſe, Ille autem dixit ſe ei, ſcilitzt Boſur dediſſe. Iudice Damiano curiali comite de Bekes, Boſur itaq; iuditio ferri cã dentis conuictus eſt.

259 Bothſa curialis comes ſancti Prothomartiris, im pecijt duos ioubagiones Laurẽtij .ſ. Paulum & Kemam, de bobus furtim ablatis, & oſtenſa præſumtione .ſ. carnibus in domibus illorum copioſe inuentis. Nuetlen curialis comes de Bichor, ſine talione,

lione, vt priſtaldns dixit nomine Lucas, miſit Waradinum, vbi paulus iuſtificatus eſt. Kema vero cõ fugit ad Eccleſiam,

260 Rahina impecijt conuillanum ſuum Zamam de villa Huruat pro furtiuo dolabro, Iudicibus Gabriele biloto, & Sebe curiali comite de Caraſna, priſtaldo Cuca, Waradini Rahina ſupterfugit iuditiũ ferri candentis, dicens ſe iniuſte Zamã impecijſſe·

261 Golſa de villa Ban impecijt conuillanum ſuum Sedun de combuſtione domus, & dãpno ſex marcarum, Iudice Agya comite de Caraſna, Priſtaldo Luca de villa Kouachi, Sedun itaq; portato ferro Waradini iuſtificatus eſt.

262 Georgius de villa Buht coadiuuante eum Simone ſacerdote de villa ſanɛ̃ti Martini, impecijt Micoum de villa Catar, de violẽto raptu filię ſuę Margarethę, & hoc ipſum illa aſtruxit, Micou vero dix it illam vxorem ſuam legitime duɛ̃tam eſſe, & habere nunɛ̃tium mediatorem nomine Deſc. Qui cũ frateretur ſe fuiſſe mediatorem & adduxiſſet ſuper hoc & ipſe quoſdam teſtes, Oltuman Archidiacon us de Zathmar, Per priſtaldũ nomine Echireh miſit Waradinum, vt Deſc portaret ferrum vbi taliter conuenerũt, quod prædiɛ̃ta mulier redderetur a pa tre ſuo domino Micou in vxorem, Deſc ſatiſſaceret iudici. Georgius, Priſtaldo.

263 Dema de villa Solumus impecijt Vrbanũ de villa

Gyonta de furto, Iudicib9 Paulo curiali comite de Bichor, & Teca biloto, Priſtaldo Honos, Vrbanus itaq; Waradini combuſtus eſt.

264 Clemens comes filius Haben impecijt quoſdam caſtrenſes .ſ. Odun, Thomam, Thomum, & Ecuſt, pro duabus marcis. Iudice Codaba centurione illorum. Priſtaldo Comad, prænominati itaq; caſtrē ſes Waradini iuſtificati ſunt.

265 Kalad de villa Geſt, cepit aliquot oues ſuas apud Betum de villa Scecul, dicēs triginta & vnam oues ſe amiſiſſe per furtum, Beta autem dixit ſe emiſſe a Maſa de villa Sorou, Quos Mica comes Bicorienſis & Teca bilotus, diſcutiens per priſtaldum nomine Hoils, miſerunt Waradinum, vbi Maſa portato fer ro combuſtus eſt.

266 Simon filius Zela frater Sebaſtiani comitis impe cijt Libertinos Ina & Iouanc filiorum Ioannis .ſ. Budam, Checham, Checlen, Pouſam, Dan & Dubam, de furto, & ipſos dominos eorum, fautores & protectores eſſe furum. Bāc itaq; Palatinus comes, miſit eos Waradinum, vt pro Ina & Iohanc quattu or de genere ipſorum, quos Simon eligeret iurarent ibi quod ipſi neſcirent, Iuan & Iohanc conſo cios furum & defenſores eſſe, Ipſi autem ad locum non venerunt, ſed excuſatorem mittentes, dixerūt ſe eſſe in exercitu, & ideo Waradinum non potuiſ ſe venire, praedicti vero Libertini nec ipſi comparuerunt,

ruerunt, nec excuſatorem abſentię miſerunt. Quod cum præfatus Iudex reſciuiſſet miſſis literis ſuis p priſtaldum ſuum nomine Laurentium de villa Libeci, mandauit illos Libertinos pro condempnatis deſcribi, & factum eſt ita.

267 Zounuc impecijt Gallum & Valentinum de decem marcis, Iudice Simiragdo comite, Priſtaldo Chikou. Gallus itaq; combuſtus eſt. Valentinus au tem iuſtificatus.

268 Dirſig de villa Dirſig impecijt Georgium filium Ponota. Item Gyulam & Forcos filios Caſta de violentia, Iudice Agya comite de Caraſna, Priſtaldo Lẽpe. Homo itaq; Dirſig portato ferro Waradini iuſtificatus eſt.

269 Andreas de villa Vitan impecijt Georgium ioubagionem Ypoliti de villa Hlap dicens, quod cum Georgius prius ioubagio ipſius fuerat, duodecem marcas pro cauſa eius ſcilitzt Georgius expenderit, Quos Paul curialis comes de Bichor, ad iudiciũ ferri candẽtis per priſtaldum nomine Gyugea miſit Waradinum, vbi taliter conuenerũt, Quod Ypolit9 daret Andreę pro iobagione ſuo tres fertones, & capitulo quattuor pondera & dimidium, & idẽ Ypolitus pro eodem Georgio iudici ſatiſfaceret. Priſtaldo autem Andreas teneretur.

270 Ioannes de villa Vanſud impecijt Andream con uillanum ſuum, & Tumen de villa Guizar, & Georgium de villa Viloc ſeruum Samſonis, de com-

buſtione domorm ſuarũ & matris ſuæ, cum ſex capitibus hominum, Iudice Mice comite Bichorienſi, Priſtaldo nomine Don de villa Gurba, Georgius itaq; portato ferro Waradini iuſtificatus eſt. An dreas vero & Tumen ſenciẽtes ſe combuſtos eſſe, confugerurt ad Eccleſiam.

271 Mortun de villa Dyuna accuſauit conuillanum ſuum Petrũ de furto, Iudice Heym comite de Bor ſoha. Priſtaldo Miloſth filio Albei, Petrus itaq; Wa radini portato ferro iuſtificatus eſt.

272 Quidol de villa Gyan impecijt Tumpam conuil lanum ſuum de furto, Iudicib9 Mica comite de Bi chor, & Teca biloto, priſtaldo Halal9 de villa Sceu leus, Tumpa itaq; Waradini iuſtificatus eſt.

273 Stephanus de villa Terepes impecijt conuillanã ſuam nomine Deduham, & filiam ſuam .ſ. Penam & filium ſuum Pouſam de maleficio. Iudicibus Abel Archidiacono de Herdeud, & Iob comite aſſeſſore, Priſtaldo Toma de Herdeud, Deduha, & Pena, & Pouſa portato ferro iuſtificata eſt.

274 Paulo filio Hecy furtim bos eſt ſublatus, Quem dum inueſtigaſſet, inuenit in domo Vnicę de villa Duſunic prædio monaſterij ſancti Ioannis Baptiſtę, qui Vnica citatus ad iudicem cum cõillanis ſu is, abſoluit conuillanos ſuos, & ſtatuit quendã nomine Egiud de villa Yztharij prædio Michaelis di cens, quod ille cognatus ſuus eſſet & ipſe declinãs

in domum

in domum ſuam ex conſuetudine conſanguinitatis adduxiſſet illuc Bouem illum, Quod cum ille negaret, Demetriꝰ curialis cões de Bichor & Tupſa bilotus, per priſtaldum nomine Cozmam miſerunt ad ferrum iudiciale Waradinum, vbi Egyud portato ferro combuſtus eſt.

275 Boynuc de villa Voſuarij impecijt generum ſuũ nomine Tecus de villa Catar pro occiſione vxoris ſue, Sororis .ſ. eiꝰ, Iudicibꝰ Hiſce curiali comite de Zathmar, & Gabriele Vicearchidiacono, priſtaldo Forcos de villa Gylian, Tecꝰ portato ferro combuſtus eſt.

276 Sama caſtrẽſis de Zounuc de villa Sugu impecijt Pouſam filium Pauli de villa Zolos dicens illum ꝗ ſuus eſſet conciuis, & vt ipſe Sama, & priſtaldus ſuus Abſalon dixerunt, iuuerunt ipſum Samã in hoc ioubagiones caſtri Zounuc, ſed ſolus Sama fuit in executionem huius cauſe Waradini, Ille autem dixſit ſe eſſe liberum, & Teotonicũ genere, Quos Angelus curialis comes de Zounuc per prædictũ priſtaldum miſit Waradinum, vbi præfatus Sama ſubterfugit candentis ferri iudicium, dicens quod falſo impecijſſet Pouſam pro ſuo conciue.

277 Varou de villa Petri, dum quidã mercatores Salis de prouintia Zala cepiſſent bouẽ apud eum pro furtiuo, & Tributarij Reginę, cauſam mercatorum illorũ tenendam ſuſcepiſſent. Iudice Angelo curia-

li cõite de Zounuc, priſtaldo Rogero. Varou miſſus a prȩfato iudice Waradinũ venit cum ſuo priſtaldo, aduerſarij eius non venerunt.

278 Vitalis de villa Vedu impecijt Saulẽ de villa Fegierunc pro furto, iudice Mica comite, priſtaldo Zo uizlou de villa Tulka, Saul combuſtus eſt.

279 Forcos de villa Tauarnuc impecijt conuillanum ſuum Suka pro furto. Iudice Iſeph Tauarnicorum curiali comite, priſtaldo Petus de villa Chemey, Suka portato ferro iuſtificatus eſt.

280 Tomas, Buga, & Sumug impecierunt, Syguert, Scemus, & Votam, de duabus marcis & vno fertone, Iudice Martino filio Tumpȩ comitis, Priſtaldo Bratus. Scem9 & Vota portato ferro pro ſe & Siguert iuſtificati ſunt.

281 Vilmos & Temes de villa Burs impecierunt con uillanos ſuos Scicum & Fitam pro quatuor marcis iudice curiali comite Epiſcopi Waradinenſis, priſtaldo Dekeu. Scicus & Fita iuſtificati ſunt.

282 Ioubagiones Petri filij Pou .ſ. Bulſu, Echi, Scemera, Loctu, Cheka, Suluc, Michael, cum miſſi eſſent pro latrocinio, Aheym iudice eorum Waradi num ad iudicium ferri candentis per priſtaldũ no mine Catonem, dato termino in ſeptimana: Dominus fortitudo: non venerunt ſed Petrus, dominus illorũ tulit literas ex parte Aheym iudicis eorum, in quibus iubebatur priſtaldo, quod differret

cauſam

causam illam, ad festum sancti Regis, ad Regem.

283 Demetrius de villa Nazalas impecijt Ioancam de villa Simonis, & Vrbanum de villa Ebes dicens quod cum Glotē suam, mortuo marito suo recepissent, etiam pecuniam suam triginta marcas valentem ei abstulissent. Quos Simeon Voiauoda ꝑ pristaldum nomine Andream de villa Chēgua ad iudicium ferri candentis misit Waradinum, vbi taliter conuenerunt, quod Ioanca & Vrbanus de tribus quas acceperat redderet Demetrio vnā pedissequam, nomine Iahacecu, & seruū nomine Muncam. Gloti autem suę traderēt pedissequam nomine Ticuram. & idem pristaldo satisfaceret, Iudici autē Demetri9 teneretur, pro Dotalicijs vero Glotis demetrij, nullus a modo cum Demetrio agere posset, sed esset omnino absolutus, & si aliquis requireret, Ioanca frater Glotis suæ, & Vrbanus maritus eius, tenerentur Demetrium expedire. Pręterea Demetrius dederat Gloti suę, æquatiā, quę furto sublata est illi, quam si Vrbanus inuenerit, Demetrius tenetur ex condicto eum iuuare in requirendo, si Vrbanus requisiuerit.

284 Nouerunt vniuersi, q̧ Anthonius de villa Zupur cum esset citatus Waradinum ad candentis ferri iu dicium, Dato termino in septimana Domin9 fortitudo, Salamōe comite de Nittra iudice a rege delegato, pristaldo Nicolao, Antoni9 non venit, He-

me vero & Gyoma aduerſarij eius & priſtaldus ve nerunt.

285 Georgius de villa Babud veniens cum priſtaldo ſuo nomine Cubuchi, dixit ſe litigaſſe coram Angelo curiali comite de Zounuc pro violenta ablatione ſerui ſui cũ Somu de villa Gyou, Qui Somu veniens in ſexta feria eiuſdem ſeptimane, dixit nõ ſtare ſe iuditio prȩfati iudicis in cauſa iſta, eo quod alius eſſet Iudex & Priſtaldus eorum.

286 Egyud & Smaragd9 comites miſerũt contuberna riũ ſuũ Andream a Zomlun, impecierũt Laurentium de villa Latinorum Waradinenſium pro occiſione ſeruorum eorũ Iudice Ioachin Aeconomo, Priſtaldo Fulco Clerico, Sed cum Laurentius paratus eſſet portate candens ferrum, Andreas renuntiauit iuditio ferri candentis, dicens illum eſſe innocentem.

287 Aegidius de villa Lazd impecijt Pelipariũ eccleſiȩ de Igged nomine Kana de villa Saſhad pro furto, Iudice Paulo curiali cõite de Bichor, Priſtaldo Orochi de villa Boctu. Kana portato ferro iuſtificatus eſt.

288 Somzou, Sama, Chegur, de villa Gyagya impecierunt quoſdam de villa Orobag, .ſ. Cogy, Scemã Ballum, Vros, Votam, & de villa Tuca, Vſam, pro damno decem marcarum, arbitris Georgio, Iano, Ambroſio, Guthmar, Iohachin, priſtaldo autẽ Bata, in

ta in ſeptimana Ecce deus, Cogy, Scema, Balu, Vros, Vota, & Vſa non venerunt, ſed dominꝰ eorum miſit excuſatorem, pro eius dicens, & quod ipſe in prædicto termino debuit eſſe apud Palatinum, & ideo ioubagiones ſui prænominati ſine ipſo venire Waradinum non potuiſſent.

289 Beche de villa Tarian, impecijt prædictos Balum & Scemam de dampno vnius & dimidie marce, coram eiſdem arbitris, & eodem exiſtente priſtaldo & eodem termino, ſed vt prædictum eſt, Balu & Scema non venerunt.

290 Volura litigauit cum Petro dicens, ꝗ Petrus debebat ei marcam vnam argenti, & cum repeteret illam, Petrus negaſſet ſe in aliquo ei teneri, inſuper & vituperaſſet eum, & gladium ſuper ipſum euaginaſſet, Quos Ioachin vicarius iudex Ladiſlai comitis venatorum Bubalinorum diſcutiẽs per priſtaldum nomine Stephanum miſit Waradinum, vbi taliter pacificati ſunt, ꝗ Volura dimiſit petro totũ quicquid requirebat, Et idem ipſe dabit Petro vnum fertonem. Petrus autẽ ſatiſfaceret Iudici & Priſtaldo, & ambo ſemper eſſent in pace.

291 Miſca, Iohannes, Buctu, & Abraam filij Bucanis de Boiano impetierunt Ioannem filium Opoy de Rabay, & Bichorienſes de alio Boiano, .ſ. Chemem, & Temem, & omnes caſtrenſes, de eadẽ villa dicentes, quod nullum haberent conſortium cũ

eis de arundineto & insulis, & paludibus & locis piscationis, Illi e contra dixerunt se in omnib9 prę dictis vsibus exæquo esse consortes, Gyula igitur palatinus comes discutiens eos per pristaldum nomine Gyurc filium Moysa de villa Held9, misit ad examen ferri candentis Waradinum, vbi taliter cõ uenerunt, Quod Iohannes & Bichorienses de Boiano ęqualem haberent proprietattem & consortium generale de arundineto in arundinibus & locis piscatiõum cum filijs Buctonis de alio Boiano, Sed de insulis tantum duę .s. insula Myskae & Fecel que videlicet in interiori parte sunt arundineti prædicti Ioannis esset & Bichoriensium, alię vero insulę quę in exteriori parte arundineti sunt filijs Buctonis attinerẽt, In præmittendis autem extraneis ad percipiendum aliquem vsum de arundineto sic cõmune Ius & ęquale Haberent, vt neutra ꝑdictarum villarum plures de alijs villis sine consen su reliquę ad sumendum aliquid de arundineto ꝑmittendi fas haberet. De villa autem talis facta est compositio, quod quęcumq; via arundinetum esset filiorum Buctonis eidem Ioannisquoq; & conuillanis ei9 Bichoriẽsis sine contradictione teneretur.

292 Varou de villa Bud impecijt conuillanum suum Emericum pro vna marca & dimidia. Iudice Leustachio domino eorum, Pristaldo Michaele. Waradini taliter conuenerunt quod Varou satisfaceret iudici,

iudici, Emericus vero teneretur priſtaldo, & daret aduerſario ſuo quindecem pondera.

293 Barabas impecijt ioubagionē Agya comitis nomine Thomam, dicens, quod filium ſuum nomine Sub, qui fuit apud Barrabam in ſeruitute pro pecunia, ipſe Tomas furtim fugere ab eo feciſſet. Quod cum Tomas negaret, prȩfatus Agya discutiens per priſtaldum nomine Coſmā miſit Waradinum ad candentis ferri iuditium. Vbi iamdictus Barrabas accepit vnam marcā, & fertonem a Thoma, & abſoluit Thomam a cauſa ſua, & filiū eiꝰ a ſeruitute.

294 Quidam nomine Luc cū priſtaldo ſuo nomine Santo. Veniens ī ſeptimana Dicit dominus. Dixit ſe eſſe miſſum a iudice eorum .ſ. Bodum filio Bodum ad portandum ferrum pro tribꝰ marcis. Contra quendam nomine Chriſtianum, ſed Chriſtianꝰ in prædicta ſeptimana Waradini non comparuit.

295 Furman accuſatus de furto nō venit Waradinū. De quo tales literas miſit iudex ſuus. Ego Venceſlaus Dei gracia ſū comes Zothmarienſis. Tobol filius Peta litigauit in præſentia mea cum Furman filio Ber biloti hodoſdiēſi aſſerendo ipſum eſſe furem. Iuditio inter eis cōſtituto, miſit eos ad locum Waradinenſem per priſtaldum Petrum filiū Marc. Tobol cū priſtaldo ſuo iuit & fuit in termino Waradini præfixo, ſed Furman contrarius ſuꝰ non iuit illuc. Iſtis literis nos iſtud addicimus, quod prȩnominatus Furman in ſeptimana Exaudi domine

non comparuit Waradini, Sed Tobol & priſtaldus fuerunt.

296 Forcos centurio impecijt Pouſam filium Matthie de villa Soluhan de tribus marcis, dimidia minus, violenter ablatis Iudice Nuetlen curiali comite de Zarand, priſtaldo Iacob filio Forcos. Qui Waradini taliter conuenerunt, quod Pouſa daret præfato actori vnam marcam & dimidiam, idemq; iudici ſatiſfaceret ac priſtaldo.

297 Nenecy de villa Sum impecijt conuillanum ſuum .ſ. Volotcu de furto. Iudicibus Mocud & Iohāca, priſtaldo Horogus filio Suda. Nenecy itaq; & Horogus fuerunt Waradini per totam Septimanā Exaudi, Volotcu vero venit in die veneris in eadē ſeptimana, dicens, q in ſequēti ſeptimana eſſet ter minus ipſius.

298 Kelian de villa Beſeneud impecijt Budam, Petrum, Vendec, Borozlou, Poucam & Buntam de villa Voſian prædio Simonis, itē pouſam de villa Numen prædio Sebus, de pecunia violenter ablata, Iudicibus Heymu comite a rege dato, & Alexādro, Priſtaldis Minos & Dazlou, Waradini autem talis inter eos facta eſt conuentio, quod Keliano darēt aduerſarij ſui quinq; marcas, & iudici idem ſatiſfacerent, priſtaldo autem Heim. Comiti Kelian teneretur.

299 Forcos ioubagio Laurentij de villa Cups impecijt con-

cijt conuillanum ſuum Pouſam libertinum eiusdẽ Laurencij de combuſtione dom⁹ & damno trium marcarum, Iudice pręfato Laurẽtio, priſtaldo Gre gorio de prædictã villa. Pouſa portato ferro iuſtificatus eſt.

300 Caſtrenſes de Carasna de villa Ban .ſ Damang, Duh, Nuſata, & omnes alij de eadem villa coadiuuante eos Tumpa centurione, vtpriſtaldus aſtruxit, impetierunt quẽdam .ſ. Iecur filium Redea, Sol & Boutun filios Sacicu, Syteci filium Babuci, dicẽtes quod conciues eſſent eorum. Illi autem dixerũt ſe eſſe liberos & genere Ruthenos, & adduxerunt defenſorem libertatis ſuę nomine Chedur genere Rutenum ioubagionem Barnabę, qui dicens illos cognatos ſuos eſſe, tenuit libertatem eorum, Iudice Tupa curiali comite de Caraſna, priſtaldo Don ca, de villa Bogus. Chedur itaq; portato ferro iuſti ficatus eſt. Probauit illos liberos eſſe.

301 Roda de prędio Beken impecijt conuillanum ſu um Vrcund, de vna marca & dimidia, Iudice Domina Eufemia. Priſtaldo Toca, Vrcũd portato ferro combuſtus eſt.

302 Micicu de villa Bogus cum diceret ſe fideiuſſorẽ Ruſdonis in venditione equi qui furto ſublatus eſ ſe dicebatur domini Ruſdõis. Durſa dixit eſſe maleficium, Iudice Compolto Archidiacono de Carazna, Priſtaldo Buda de villa Bogus, Micicu por-

tato ferro iuſtificatus eſt.

303 Petrus & Boſu de Alba, vt priſtaldus dixit, impetierunt quendam de villa Mon nomine Vluen viginti & quinq; marcis violenter ablatis, & plaga gladij. Iudice Pris, curiali comite de Zounuc, prſtaldo Forcos de villa Tuka, Pangracij ſeruiens, Petrus & Boſu combuſtus eſt.

304 Cum Voiouoda comes de Doboka præuideret exercitum ſuum, quidam ex ioubagionibus eiuſdẽ caſtri nomine Hereuſt, ſtetit in ordine iobagionũ naturalium, qui .ſ. ioubagiones ſancti Regis nuncupari ſolent. Tunc acceſſerunt quidam de ioubagionibus ſancti regis videlitzt Vanoy & Bocya & reiecerunt illum de ordine ſuo dicentes, ꝗ ipſe nõ eſſet de ordine & gradu ioubagiõum ſancti regis, & hęc idem dixerũt Keuerug, Hodunogio, & Kereu ioubagiones. Prænominatus itaq; comes diſcutiens eos per priſtaldum nomine Bocy de villa Boſcu, miſit Waradinum ad examen ferri candentis, vbi præfati Vanoy & Bocya ſe recognoſcentes coram priſtaldo & Theodoro, qui dixit ſe vice Ke uerug, Hudunogionis, & Kereu ioubagionis veniſſe, corã capitulo Waradinenſi confeſſi ſunt iam dictum Hereuſt iniuſte de ordine ioubagionum ſancti regis expuliſſe.

305 Vrcũd portato ferro cõtra dominũ Rodã cõbuſtus eſt, Iudice doĩa Euſemia, & priſtaldo Tica.

Miros

306 Miros de villa Dereg impecijt conuillanos ſuos .ſ. Elam, Poznanũ, & Enderem. Item de villa Vndou Martinum, & de villa Fodot Sumb & Scegam, impecijt autem de duabus marcis & dimidia, Iudice Baſu curiali comite de Cl9 priſtaldo Loka, Miros portato ferro iuſtificatus eſt.

307 Pomel de villa Pechey impecijt vt priſtaldus dixit conuillanos ſuos. .ſ. Domum & Tumpam, & item de villa Saicu Baſam pro latrocinio, Iudicibus Tupa curiali comite, & Ruben biloto de Crazna, priſtaldo Andrea. Baſa & Domus iuſtificati ſunt, ferro portato, Tumpa vero nõ venit in ſeptimana qua ferrum portare debuit, ſed venit poſtea in dominica die Reſpice, dicens iuſtificatum ante iudices ſe, & ideo non veniſſe.

308 Pouſa de villa Nadal impecijt cõuillanum ſuum .ſ. dominum Forcos pro dampno quinq; marcarum. Iudice Boc comite, domino eorum, priſtaldo Matu, inter quos talis facta eſt conuentio. Quod Forcos daret dimidiam marcam Pouſę, & in tertia parte ſatiſfaceret iudici & priſtaldo.

309 Vxor Laurẽcij de villa Dolman, ĩpecijt quoſdã de villa Coloſa .ſ. Naluc, Cecam, & Vid, de furto iudice Neuetlen curiali comite de Zarand, priſtaldo Teca de villa Seigueti, Vid portato ferro, iuſtificatus eſt. Naluc & Ceca manus non ſunt inſpec-

te, quia ſigilla eorum fracta ſunt inuenta.

310 Virhar de villa Fanſol ioubagio Barnabæ impecijt dominum Bozc de villa Ziloch pro furto. Iudice Pers curiali comite de Zounuc. Priſtaldo Sceraka, Bozc portato ferro iuſtificatus eſt.

311 Deus filius Sancti de villa inferioris Quer, impecijt cõuillanum ſuum Iohannẽ ioubagionem Hus pro furto, Iudice Paulo curiali comite de Bichor, priſtaldo Gyuge, Ioannes portato ferro incombuſtam habuit manum, ſed Sigillum fractum.

312 Michael de villa Muſou impecijt Gyunam de villa Euſe pro furto, Iudice Mica comite de Bichor. Priſtaldo Micuſa de villa Gyoroc, Dominus Gynna combuſtus eſt.

313 Ioannes filius Turdis comitis impecijt inubagiones Eccleſie de Clus, .ſ. Scelam & Pouſam & ſeruum .ſ. Poſu de prædio Her pro latrocinio, Iudice Mica curiali comite de Bichor, priſtaldo Ioanne, Sela itaq; & Poſu iuſtificati ſũt. Pouſa cõbuſt9 eſt.

314 Vadu de Otodibus Siluæ Beregu impecijt cõuillanum ſuum Vulcanum pro occiſione filiæ ſuæ ꝑ potionem, Iudice Meſcu comite de Beregu, priſtaldo Andrea, Vulcanus iuſtificatus eſt.

315 Martinus Archidiaconus impecijt Beluẽ & Matthiam de villa Ioubag, & item Gekam de villa Zor et Kelemẽ de villa Segu, pro occiſiõe filij ſui, Quos Nicolaus comes Palatinus per priſtaldum nomine Gougar

Gougar misit Waradinum ad candentis ferri iudicium, vbi Kelemen portato ferro iustificatus est. Belue vero & Mathias taliter conuenerunt, quód darent aduersario suo viginti & quinq; marcas, & ijdem iudici satisfacerent & pristaldo, & si compotes sui existerent, ieiunarent pro homicidio. Item Geka conuenit dare aduersario suo quatuor marculas & satisfacere Iudici & pristaldo.

316 Bolosoi de villa Bulkan coadiuuante patruo suo .s. Kyna, & alijs cognatis suis, videlitzt Elur, Bot, Benedicto, & Georgio, impetierunt quosdam de alio Bulkan .s. Poth, Vilman, Detreh, Laurentium Mazam, & Tomam, de occisione patris sui .s. Zudę, iudice Michaele curiali comite de Zobols, Pristaldo Matthęo de villa Bozt. Poth combustus est, reliqui iustificati.

317 Gyuna de villa Dabra cœpit duos boues suos aput Vosos de villa Torsa prædio Angyolus, dicẽs illos furto sibi sublatos. Ille respondit se emisse a quodam conuillano suo nomine Sogyon. Qui cũ negaret. Vosos impecijt alium conuillanum suum Sumptam nomine de fideiussione. Qui cum et ipse negaret, Vingizlou comes de Zothmar, per pristaldum nomine Chẽtu misit Waradinum, vbi Vosos portato ferro, combustus est.

318 Achus & Butha de villa Cheusci, impetierunt Gabum, Nicolaum, Tekum, Petrum, & alium Pe-

trum de Humuroc pro latrocinio, Iudice Paulo curiali comite de Bichor, & Biloto cibout, priſtaldo Martino de Curmuſd. Waradini aũt prædicti impetitores ſubterfugerunt iudicium ferri candẽtis, dicentes ſe falſo pecijſſe illos de latrocinio.

319 Mogus & Scegu de villa Vduori coadiuuantib⁹ conuillanis eorum impecierunt Ianum conuillanũ ſuum de furto. Iudice Martino comite, priſtaldo Vois. Ianus cum ſolui deberet, confugit ad eccleſiam dicens ſe combuſtum.

320 Paulus de villa Zuna impecijt conuillanam ſuã nomine Scemam de veneſitio. Iudice Farcaſio archidiacono de Zounuc, priſtaldo Stephano, Waradini Paulus abſoluit illam, ſpondens ſe ſatiſfacere Iudici. Illa vero ſatiſfaceret priſtaldo & capitulo.

321 Vxor Teleguen, & filius eius Cumpert impetierunt duos ſeruos Olodarij videlitzt Sal & Bodun, & duos ioubagiones Ioannis ſcilitzt Sudã & Volcu, & totidem ſeruientes Beli ſcilitzt Ioannem & Petrum pro latrocinio, Iudice Nicolao comite Palatino, priſtaldo Philippo, & illi quidem ſex Waradini portato ferro iuſtificati ſunt. Sed pręter illos pręnominati acuſatores impetierunt Albeum ioubagionem Iohannis, & dominum Sceuezeu ioubagionem Abbatis de Heuiuz. Quorum Albeus ſentiens ſe eſſe combuſtũ confugit ad eccleſiiam. Sceuezeu vero combuſtus eſt.

Adam

322 Adam filius Bolofoy de villa Ieneu impecijt cõuillanum ſuum nomine Paulum dicẽs quod vnum ſeruum ſuum nomine Votam, & alteram ancillam ſuam ſcilitzt Scencam ſororẽ eiuſdem vi ab eo abſtuliſſet, Paulus reſpondit ſe emiſſe ab eo, non vi abſtulliſſe illos & adduci teſtes. Quos Paulus curialis comes de Bichor diſcutiens per priſtaldum nomine Ducam, miſit Waradinum ad iudicium ferri candentis, interea conuenerunt cum licentia iudicis, a quo eciam Waradinum tranſmiſſi, conteſtati ſunt coram capitulo & priſtaldo ſe ita conueniſſe, quod Adam ſatiſſaceret iudici. Paulus uero priſtaldo, & idem Paulus daret Adę vnam marcam & dimidiam.

323 Filij ioubagionum ſancti Regis de villa Gyan .ſ. Ychu, Vnicus, & Matthias et filij ioubagionũ deſcenſum comiti perſoluẽtium, de alia Gyan. .ſ. Dionis, Forcos, Iohachin, Wruz, Endus, Fuc, Sypeu, Yſou, & alij, & item de tertia Gyan caſtrenſes .ſ. Sama, Meckad, Obud, Medue, Ficed, Cibrian, Kidol, & alijs coadiuuãtibus caſtri Bichorienſis ioubagionibus .ſ. Luca principe exercitus, Forcaſio filio Symoud, Vros filio Sicou, Bibo filio Paſche, & Tegek centurionibus, Petroquoq; maiore pręconio, impecierunt Clericum nomine Magnum de eadem villa Filium Galdu dicentes ipſum extorrẽ, nec habere aliquod Ius fundi nec Agri. Ille autem reſpondit ſe habere ſeparatũ Ius fundi & Ius Agri

ad tria aratra, & ſuper hoc ſe iuſtificatum eſſe eciam alias, Iudice Moch comite Palatino & Bichori enſi, & priſtaldo nomine Tupa filio Pauli de villa Gurbey, Quod cum aduerſarij negarent, Paulus curialis comes de Bichor, ex præcepto domini ſui Micę comitis, huius cauſę iudex conſtitutus, iuſſit Magno pręnominatum priſtaldum huius cauſę ad ducere. Qui dato termino adductus & inquiſitus ꝑ hibuit teſtimonium iuxta omnia quę Magnus aſſe rebat. Tunc aduerſarij obiecerunt ei vicium falſita tis, Dicentes ipſum falſum eſſe priſtaldum. Paulus itaq; Iudex eorum pręcepit Aſſeſſores Iudicis, cuius ſe priſtaldum aſſerebat, adducere. Dato igitur termino adduxit Ioancam comitem filium Iohannis comitis, Clementem cum fratreſuo Saul, de genere Epiſcopi Budlu. Item alium Clemētem de genere Borſa, Germen de villa Siſol de parochia Sumugienſi, Salomonem de ponte Cepan, & Fira curiales comites Dominę Eufemię, Nicolaum filium Wgra, Pos de villa vndoch, & alios, Ex his itaq; omnibus electi ſunt ſecūdum optionem aduerſantium. Iohanca filius Iohannis comitis & Salomon vt illi cum prænominato priſtaldo in monaſterio Vgra iurantes, priſtaldum veracem eſſe comprobarent, Ad prædictam autem eccleſiam venientes, priſtaldo & teſtibus iurare volentibus, aduerſarij eorum noluerunt eos adiurare, Supradict⁹ ergo Iudex

dex ſerie

dex ſerie totius cauſę domino ſuo Micę comiti recitata, & auctoritate ipſius firmiorum accepta, ſępe iam memoratos homines de villa Gyan iuditiali ſententia cõdemnauit, & præfatum Magnum in poſſeſſione terrę ſuę confirmauit. Dato priſtaldo nomine Dioniſio filio Ompud de prouintia Zarand, de villa Voſian. Ipſe quoq; præfatus iudex, cũ eiſdem aduerſarijs Waradinum deueniens, coram ipſis Simone Epiſcpo, totiq; capitulo, totam exequutionem huius cauſę exaratam ſuperius, oretenus fuit conteſtatũs.

324 Galaldu & Fitoc de villa Tuluoy. Itẽ Ega de villa Guar, & Mogꝰ de villa Panad, & Hozuga de villa Yka, & Teka de villa ſancti Georgij, vt priſtaldꝰ dixit, nam ſolus Teka de illis fuit Waradini in executione huius cauſę, impetierũt dominum Bogui de villa Yca pro homicidio. Iudice paulo comite de Bekes, & priſtaldo Pochiu de villa Zucur, Boguir itaq; portato ferro iuſtificatus eſt.

325 Teulegyn, Trebus, & Voſos, cum occiſus eſſet quidam cognatus eorum .ſ. Somoc, impecijt quoſdam .ſ. Man & Budam de occiſione illius, Sed & Pudu, & Banalc ſuſpectui habiti ſunt, quod & ipſi conſcij occiſionis extiterint. Rachael igitur Comes de Kuckelluu per priſtaldum nomine Moncu miſit Waradinum, vbi Pudu & Banalc portato ferro iuſtificati ſunt.

326 Alexander filiꝰ Teodori de Tomoi impecijt Paulum fratrē Heim de deſtructione triū prædiorum id eſt dampno Sexaginta marcarum. Iudice Salomone cōite de Bachu, ex pręcepto Regis Andreæ, Priſtaldo Timodeu de Zala. Homo itaq; Alexāder portato ferro iuſtificatus eſt.

327 Iacou filius Pata impecijt Chekam ioubagionem Andreę de abſconſione cuiuſdam fugitiuę ancillę ſuę cum quinq; marcis, & pro Cheka ſtetit dominus ſuus Andreas, Dampno itaq; octo marcis appretiato, Paulꝰ curialis comes de Bichor miſit Waradinum, dato priſtaldo nomine Amando, vbi homo Iacou, portato ferro, iuſtificatus eſt.

328 Paul de villa Sciguetij portato ferro iuſtificatus, probauit ſe duos equos in vadio acceptos, ſeruo Micę comitis .ſ. Scemel cum conſcientia Ereu procuratoris tradidiſſe. Iudice Mica comite, priſtaldo Keue.

329 Ioubagiones de Zobozlo .ſ. Igeben dux exercitus Bedę, Bela, Vodoſa, Yſaac Centuriones, Item Cicolou, Varnogio, & Peter Archipreco impecierunt Cotlobam & Cepanum de violenta occupatione terrę caſtri. Cotloba autem reſpondit ſe terram eandem pro aliquo fore facto prius amiſiſſe, & adepta venia cum Rex reddi ſua per Cepanum palatinum comitem præcepiſſet, nullus ei in eam terram redintranti contradixiſſet. Nicolaus itaque

Palati-

Palatinus comes iudex eorum, præcepit ei adduce-
re priſtaldum reſtitutionis, & ille adduxit Azariã
de villa Nechemer, Cui teſtimonium de reſtitu-
tione perhibendi, ſupradicti aduerſarij contradice
re non audentes condempnati ſunt. Iudex itaq; ter
ram de qua .ſ. agebatur, prædictis Cotlobę, & Ce-
pano fecit confirmare, dato priſtaldo nomine Far-
caſio de villa Loc. Qui terra illa confirmata legiti-
me, cum centurione Yſaac nomine, qui ſe a ſocijs
ſuis centurionibus tranſmiſſum eſſe perhibuit rem
geſtam Waradinenſi capitulo conteſtatus pręſen
tibus literis fecit æternari.

330 Venatores Bubalorum de villa Ypu, citauerunt
filios Gunter ſ. Ananiam, Azariam, & Miſſaelem
ante Regem Andream, dicentes, ꝗ terra nomine
Deudas iuris eorum eſſet, & illi violenter occupaſ-
ſent, Rex autem cõmiſit cauſam eorum Nicolao co
miti .ſ. Curiali & Poſonienſi diſcutiendam, Ante
quem prædicti venatores ſe recognoſcentes, con-
feſſi ſunt ſe præfatos fratres de terra illa iniuſte im
pecijſſe, Iudex itaq; dato priſtaldo nomine Topaz-
io de villa Satar, prædictam terram metari fecit, &
iam dictis fratribꝰ confirmari De terra autem ea-
dem habet Iacob filius Opſa ius unius funiculi ad
dimidium aratrum. Vt autem executio huiꝰ cauſę
ſciatur a poſteris, idem Iudex eodẽ priſtaldo miſ-
ſo & literis, coram Mert decurione illorum vena-

torum, capitulo Waradinensi fecit seriem hui9 causę prædicto ordine contestari.

331 Simon de villa Siptul impecijt Medeum, Forcasium, & Ludugerum de villa Botcu dicens, q duas pedissequas eius scilicet Mariã & Daragam, & octo boues aratores, & triginta oues, & vnum equũ violenter ei abstulissent. Tumpaica curialis comes preconum Regis, ablata decem marcis apprecians misit illos per pristaldum nomine Duntia de villa Chegyen ad iudicium ferri candentis Waradinũ, vbi taliter conuenerũt, q Medea, Forcasius & Ludugerus darent Simoni marcam & fertonem, & idem iudici satisfacerent, partem autem pristaldi Simon persolueret.

332 Cupes de villa Neueg impecijt cõuillanum suum dominum Buhus, de tribus fertonibus. Iudice Apa comite, pristaldo Peta de prędicta villa, Buhus autem cum ferrum portate deberet, posuit corpus domini de ore in manum, & reus est ob hoc iudicatus.

333 Antoneu ioubagio de nouo castro, impecijt Laurentium & Stephanũ de Pou pro violentia & dãpno septem marcarum, Iudice Petro curiali comite Reginę, pristaldo Acy de villa Vsa, homo itaq; Anthoneu portato ferro combustus est.

334 Martinus filius Grege impecijt ioubagiones Ethæ filij Achillis Comitis .s. Cheym, Tumpam, Olbruh,

bruh, Olferih, Pacam, Tuſam, pro centum porcis violenter ablatis. Iudice Mica comite de Bichor, priſtaldo Iancu filio Silueſtri. Martinꝰ itaq; & priſtaldus eius in prima ſeptimana, Domine in tua, fu erunt Waradini. Præmominati autem ioubagiones non fuerunt. Sed quidam ſacerdos veniens dixit, ꝗ dominus illorum eſſet in curia, & ſine domino eorum ipſi non eſſent iuſſi venire, Martinus itaq; & priſtaldus eius, vt ipſi dixerunt, ad iudicem præfatũ redierunt, & a iudice ad nos reuerſi dixerunt, quod Iudex condemnauit illos, & etiam a capitulo pro condempnatis haberi mandauit.

335 Martinus filius Cochid impecijt Nunam de villa Voſuarij pro quatuor marcis, Iudice Dumeno comite de Bodolou Priſtaldo Guſij, de villa Solumus qui Waradini taliter conuenerunt, ꝗ Nuna daret Martino vnam marcam & dimidiam, & idem Iudici ſatiſfaceret, partem autem priſtaldi, Martinus daret.

336 Voda filius Farcaſij impecijt Ioubagionem Lam perti .ſ. Hegun de occiſione patris ſui. Qui cum iu dicati ab Eraclio Yconomo Waradinẽſi, cum Priſ taldo ipſorum Micone, ſtarent ad iudicium ferri candentis, reconciliati ſunt ita, quod nominatꝰ ac tor dimiſit nominatum aduarſarium ſuum pro innocente, Iudici autem & priſtaldo conuenerunt ſi mul ſatiſfacere.

337 Forcos filius Ina comitis requiſiuit ante Ladiſlaum comitem de Bach, & Iudicem curię, quoſdam .ſ. Albeum, Petrum, Endum & Abareum filios Cepani, dicens ipſos ſuos eſſe libertinos, Illi autem reſponderunt ſe omnino eſſe liberos, & adduxerũt aſſertorem libertatis ipſorum & deffẽſorem nomine Sthanũzfilium Iohãnis cuiuſdam hoſpitis. Qui cum & ipſe liberos conſtãter aſſereret, nominatus iudex dato priſtaldo nomine Michel de Vrbay, miſit vtramq; partem ad examen ferri candentis Waradinum, vbi cum iamdictus Stephanꝰ ferrum portare acceſſiſſet, talis inter eos facta eſt conuentio, Quod ipſe Stephanus prędicto Farcaſio daret duas marcas, Farcaſius autem illos quattuor quos requirebat pro libertinis reliquit pro liberis omnino, Iudici autem & priſtaldo conmuniter ſatiſfacere cõuenerunt.

338 Petrus filius Moraz de vila Kad impeciit Buſu ſacerdotem, & fratres eius .ſ. Iacob, Tibam, & Clianum, de villa Keneſij, dicens quod dimidietas terrę quam ipſi iure hęreditario inſidebant, hęreditaria eius portio eſſet. Quod cum illi negarent, Ladiſlaus comes Bachienſis & Iudex curię diſcutiens ꝑ priſtaldum nomine Voſos filiũ Boch de villa Pun, miſit eos ad examen ferri candentis Waradinum, vbi pacificati ſunt. Iuditia in quibus mutuo ſibi tenebantur inuicem ſibi omnino indulgentes, & talem de

lem de terra fecerunt conuẽtionem, q terrã quam nominat9 Petrus requirebat remisit prædicto sacer doti, & cognatis eius memoratis, Sacerdos autem & cognati eius dederunt ei vnam marcam, Iudici autem & pristaldo conuenerunt simul satisfacere.

339 Bodum comes quendam nomine Chebam traxit in causam, coram arbitris parochitanis .s. Adam, Farcasium decanum, & Zounuc, dicens quod vnũ Ioubagionem suum occidisset, & alium crudeliter flagellasset. Qui Cheba cum peccatis illorum exigentib. hoc eis se fecisse affirmasset, prædicti arbitri, miserunt vtramq; partem ad examen ferri candentis Waradinum, vbi homo Bodũ comitis portato ferro iustificatus est.

340 Vsi procurator villę Scaldubag statuit ante nos Petenad & Mih, ex vna parte, Andream, Michaelem, Buhtam, Scukam, Herceg, Gabrielem, Boton, Tekam, Scekam, & Benam ex alia, dicens, q prænominati Petenad & Mih dixissent coram domino suo Ladislao comite iudice videlitzt huius causę seipsos conterraneos, cum prænominatis eorũ aduersarijs in terra Kereky. Aduersarij autem prędicti dixissent eos esse extorres, Qui tandem seipsos recognoscentes, habita iudicis licentia, recepissent eos in consortium terrę prædictę, excepto virgulto, de quo Petenad & Mih partẽ non habẽt.

341 Tecus filius Dionisij artificis, qui aperuit in eleuatione Sepulchrũ sancti Ladisslai Regis, & a glo-

tiosissimo Rege Bela, dato pro eo artifice, perpetua libertate donatus est, cum omni generatione ab eo successura, sentiens dissolutionem sui corporis im minere, quẽdam seruum suum nomine Vrug constituit Dusinicum exeqalem, quam ipsum, tam omnem eius hęreditatem virilem, ita vt singulis an nis apud ecclesiam de Beseneu celebrarent exequias cum duabus missis, vna oue, triginta panibus, vno ansere, & vna gallina, & duabus chybrionibus cereuisię, & decimas iuxta conditionem seruilem det sacerdoti .s. duos cubulos frugum suarum & vnam gallinam.

342 Vs fili9 Tump de villa Hoth ioubagio castri Bichor vendidit seruum suũ nomine Zumbot, & vxorem eius Gerquenam, & filium eiusdem Boxam Theodoro filio Dionisij pro sex marcis & vna vac ca, præsente Iacob cognato suo filio Hurt, & non contradicente, & Theodorus persoluit sex marcas illas & vaccam nobis præsentibus ad manus prædicti Iacob.

343 Isu fili9 Pousę de Sucuroi impecijt Martinum & Petrum fratrem eius, dicens, quod hospes eorum habuisset dampnum ad ęstimationẽ octo mar carum, Quod cum illi negarent, cognati vtriusq; partis .s. Nicolaus, Aba, Ambrosius, vna cum Bodun comite, vtramq; partem in ipsos arbitros con sencientem discutientes miserut per pristaldũ Petrum fili-

trum filium Morodec de villa Bodun, ad examen ferri candentis Waradinum, vbi portato ferro homo prædictorum Martini & Petri mundatus eſt.

344 Matthęus de Surcud impecijt cognatos pueri ſacerdotis .ſ. Matthiam & Texam pro libertinis vxoris ſuę, coram deſiderio Epiſcopo Chanadienſis, qui tradidit eos iudicandos Scumtho comiti procuratori prædiorum ſuorum, Deinde præfat⁹ Mathęus ſeipſum recognoſcens reſignauit illos quos requirebat pro liberis cum omni generatione ab eiſdem ſucceſſura.

345 Anno Dominicę incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Vigeſimo Nono. Tales a Ladiſlao comite Bachienſi & iudice curię, literę nobis ſunt deſtinatę. Vniuerſitati veſtrę ſignificamus, quod inter Gyopol ex vna parte, & filios Abſalonis ex altera .ſ. Iohannem, Martinum, Paulum, & Abſalonem talis facta eſt conuentio. Quod prædium nomine Letha iuxta Beruciou dederunt fratri ſuo Gyopol comiti. Ipſi autem in concambium illius prædij acceperunt prędium Campeſtre nomine Iobagi cum ſexaginta marcis, Quas memoratus Gyopol comes nobis præſentibus, & coram priſtaldo huius cauſę nomine Tuba perſoluit in die Natalis domini totaliter nominatis filijs Abſolonis, & ita abſolutus ab omni cambio appropriauit ſibi ſoli prædium q̃ Leta vocatur. His ita geſtis vtraq; pars præſtito ſa-

Q

cramento ſuper ſepulchrum & reliqas ſancti Regis Ladiſlai inuicem ſibi iurauerũt, quod de cętero ſint pacifici, nullum penitus malum vnquam illaturi.

346 Vniuerſus Waradinenſis eccleſię, conuẽtus, vniuerſis eccleſię ſanctę filijs, Salutem in ſalutis auctore. Innoteſcat omnibus præſens ſcriptum inſpectu ris, Ladiſlaum comitem de Bach, Iudicem Aulę Regię, talia nobis per literas ſuas auctoritate iudiciali præcepiſſe, quod ea quę de exitu cauſę Symonis & fratris ei9 Wodaſij filiorum Chenke in parochia Bichorienſi ex vna parte, & filiorum Natus .ſ. Egidij et Stephani in parochia Bekes ex altera. Michael Clericus eius viua voce ediceret nobis, nos in re giſtro noſtro pro rato ſcriberemus, Michael autem in præſentia vtriuſq; partis aſſeruit prænominatos filios Chenka, a prænominatis filijs Natus, nouẽ capita hominum requiſiuiſſe. Videlicet Lench cũ duabus filiabus ſuis .ſ. Beda & Nuz, & item Iacam cum duabus .ſ. Choma & Michaele, Tumpam quoque cum filia ſua .ſ. Mica & Penteca & cum cauſa eorum ad examen ferri candentis, a p̄nominato iudice, p priſtaldum nomine Micou de villa Cundurus ĩ Parochia Bekes fuiſſet Agriam deſtinata. Filij Natus ſeipſos recognoſcentes, Simoni & fratri eius Vodaſi ſe culpabiles reddidiſſẽt. Illi autẽ cõſilio & petitione pborum hominum inducti & inclinati

clinati, Vnam ancillam de ix capitibus .ſ. Pentekã, prȩfatis eorum aduerſarijs dimiſiſſent, reliquis in Ius eorum deuolutis.

347 Ceſar princeps erat de Bekes, Petrus, Beda, Wſe, Tiburtius, Laurentius, Paulus, Geyſa centuriones litigauerũt pro quadam terra nomine Kechen, cũ Martino filio Miſca, coram Ladiſlao comite Bachienſi & Iudice curiȩ, dicentes terram Kechen eſſe terram Caſtri de Bekes. Martinus autem reſpondit eam eſſe terram ſuam hȩreditariam, affirmãs quod eandem terram anteceſſores ipſorum .ſ. Chab, Sicund, Iſumgut, Buus & reliqui cum ciuibus eiuſdẽ caſtri a patre ſuo Myſka & cognatis eius, coram Gyula comite palatino pro terra caſtri requiſiuiſſent, & iudicio ferri candẽtis Orodini fuiſſent cõdemnati, mediante priſtaldo nomine Euſij filio Eliȩ de villa Dran, & hoc oſtendit teſtimonialibus literis Orodienſis capituli, Quibus cum prænominati aduerſarij eiuſdem Martini contradicere non auderent. Præfatus Iudex ipſos condemnauit, & vt huius cauſȩ exitus indelebilis exiſtat vrramq; partem ad nos per priſtaldum nomine Menget filium Cocbu de genere Tet Waradinũ deſtinauit, & exe cutionem cauſȩ ſecundum omnem deſcriptionem teſtimonio noſtro fecit ȩternari.

348 Pangrati9 filius Petae de villa Cupa traxit in cau ſam quoſdam conuillanos ſuos .ſ. Aruad, & filios

eius .f. Chicham & Monoſt, corã Alexandro Waradienſi epiſcopo diſcretiſſimo & vero Iudice, dicens, quod fures eſſẽt Regis, eo quod Theſaurum inuentũ cum deberent Regi, non indicaſſẽt. Quorum cauſam prædictus Epiſcopus diſcutiens miſit per priſtaldum & ſeruientem ſuum nomine Tibur tium ad examen ferri candentis Waradinum, vbi præfatus Monos filius memorati Aruad, portato ferro, mundatus eſt.

349 Cum ignoraret homo finẽ dierum ſuorũ, Mauritius ſacerdos, ſe & omnia ſua Waradienſi eccleſię protectioni dum ad huc viueret cõmiſit, & facultates ſuas taliter ordinauit, & ſeruum ſuum nomine Aruam conſtituit, vt poſt mortem ſuam ſit pulſator eccleſiæ Waradienſis. Mulierẽ autẽ quandam emptitiam nomine Scepam dedit ccclesię, vt poſt mortem ipſius det eccleſię Maſſam Cerę ponderantem Duas marcas. Filius vero eiuſdem mulie ris & duę filię, quinimo ſi quos ipſa eadem pareret liberi forent omnino.

350 Dioniſius Yſou, & Puk, patroni eccleſię ſancti Andreę de Zobodian, traxerunt in cauſam Duſinicos eorum exeqales .ſ. Mour, Paulum, Laurentium, Ereuſt, Petam, & alios, coram Eraclio Yconomo & cuſtode Waradienſi, dicentes, quod prædicti Duſinici cum minoribus expenſis qui deberent ſeruitium eorum celebrarent. Deniq; coram capitulo

capitulo Waradienſi .i. Iohanne prępoſito, Micha ele Cantore, & alijs & præſēte Micou priſtaldo & vicario nominati iudicis, controuerſia prædictarū partium ſic eſt ſopita, ꝗ ſępedicti Duſinici, manere circa prædictam eccleſiam deberēt & annuatim in feſto ſancti Michalis ſeruirēt inſimul quotquot eſſent cum trienni boue, centum panibus, xij. Idris ceruiſię, & ſingulę manſiones ſingulas miſſas celebrari facere tenerentur.

351 Nos conuentus Waradienſis, conteſtamur omnibus Ladiſlaum comitem de Bach talia nobis auc toritate iudiciali mandaſſe. ꝗ cauſam Beniamin, ſecundum tenorem literarum, quas ſub dupli ci ſigillo nobis, tranſmiſit in regeſtro ſcriberemus.. Eſt itaq; tenor literarum talis. Ladiſlaus co mes Bachienſis & Iudex curiæ, omnibus ad quoſcumq; præſentia peruenerint. Salutem in domino. Vniuerſitati omnium notum eſſe volumus, Quod cū Ieremias, Bocou, Tocus, & Gegꝰ, citarent Cho mam pro quodam homine Beniamin filio Cuſoy in præſentia noſtra, dixerunt eundem Beniamin ſeruum eſſe eorum, & filium ancillę ſuę, Supradictus Choma reſpondit ſuum eſſe cognatū & de genere ſuo, Adiudicauimus itaq; ꝗ dictꝰ Choma veritatem ſui ſermonis atteſtationibus ſuorum cognatorum oſtenderet, ꝗ & honeſtiſſime probaret· Inteleximus igitur vt ſacramento duorum cogna-

torum eius dictum Beniamin defenderet, Iurauerunt inquam Chuma & Azarias ſuper altare ſancti Ladisſlai Waradini, & Beniamin liberat⁹ eſt. Vnde dedimus ſuper hoc noſtrum ſigillum cum literis præſẽtib⁹, priſtaldo exiſtente Marco de Cheph.

352 Clemens de villa Irug oretenus nobis eſt conteſtatus, ꝗ cum ipſe cum priſtaldo Ladiſlai comitis, quẽdam libertinum ſuum Fugitiuum nomine Tadeũ vxoratum inueniſſet, & nominatus Iudex eundem libertinum cum vxore ſua ei appropriaſſet, ipſe .ſ. Clemens pro ſalute animę ſuę taliter de vxore prędfati libertini ordinaſſet, vt ipſa libera fieret, & quicquid fœminini ſexus de ipſa naſceretur, liberę conditionis eſſent, & quicquid maſculini ſexus fieret, conditionem patris ſequeretur.

353 Auguſtino filio Schemcha ſine õni hęrede mortuo, ſeruus ipſius nomine Paul, quem ipſe Auguſtinus Duſinicum exequialem monaſterio ſãcti Ioannis Baptiſtę reliquerat, vt ſingulis annis daret eccleſię vnam ouem competentem, Triginta panes, Quinq; Idrias ceruiſię, & in nullo penitus alio, vel eccleſię vel cuiquam alij ſeruire teneretur, Ille inquam paulus vxorem ſuam nomine Bud, & filiam nomine Huga, quę in portionem duarum ſororũ iamdicti Aguſtini .ſ. Annę & Marię ceſſerant, & illis mortuis, ad tertiam ſororem præfati Aguſtini nomine Magdalenam deuenerant, cum ſororem

præfati

præfati Auguſtini conſenſu Cumpurdini & Gocholini cognatorũ domini ſui redemit a prefata Magdalena domina earum pro marca & fertone. Quas ipſa Magdalena non tam pro pretio tanto, quam pro anima ſororum ſuarum dimiſit redimendas, Quia ſorores eius predictas ancillas liberas reliquerant.

354 Ioannes filius Abſalonis cõteſtatus eſt oretenus, q vendidiſſet quendam fugitiuum libertinum ſuum nomine Sanã filium Beg, fratri ſuo Paulo, pro marca, vnica minus.

355 Vſian de villa Pulgar, litigauit coram Ladiſlao comite Bachienſi, & Iudice curie, cum Anthonio de villa Bola, pro clandeſtina traductione ſerui ſui nomine Michaelis, & duorum equorum. Quod cũ ille negaſſet, nominatus Iudex miſit eos per priſtaldum nomine Gabrielem de villa Gab Waradinũ, ad examen ferri candentis, vbi talis facta eſt inter eos conuentio, q memoratus Anthonius daret aduerſario ſuo nominato in feſto ſancte Marie Magdalene in villa Vduori duas marcas fertone minus Iudici autem & priſtaldo ſimul ſatiſfacerent. Si tamen ſupradictus Vſian ſeruum ſuum fugitiuum illum alibi inuenire poſſet, pecuniam quam acceperat, Anthonio reddere teneretur.

356 Stephanus de villa Chueytora, impecijt Paulũ de villa Paul, & Petrum fratrem eius, coram Betlem & Stephano vicarijs Ladiſlai comitis de Bach &

Iudicis curię, de dampno ad æſtimationem duarũ marcarnm, Quod cum illi negarent, memorati Iudices per priſtaldum nomine Marcum, miſerunt Waradinum ad examen ferri cãdentis. Vbi nominatus Petrus portato ferro pro ſe, & fratre ſuo iuſtificatus eſt.

357 Cũ hęreditaria portio Nicolai filij Endus de terra Borozlou in ius Petri filij Petri ordine iudiciali ceſſiſſet, idem petrus aſtruxit, quod prænominatus Nicolaus in eadem terra partem emptitiam haberet, pręter hęreditariam. Quod cum cohęredes eiuſdem Nicolai videlicet Cepan9 comes, Petrus, Iohannes, & Paulus negarent. Ladiſlaus comes poſuit ſuper iuramentum eorundem condiuiſorum, & dato priſtaldo nomine Becha filio petri, miſit eos Waradinum, vbi cum iurare fuiſſent parati, procurator Petri nomine Hubec iuſtitiam aduerſariorum domini ſui recognoſcens, non adiurauit eos, Dimittens eis terram, quam dominus eius Petrus, pro emptitia parte requiſierat, conuenit etiam ille Hubuc iudici ſatiſfacere in toto. Priſtaldo vero in parte. Pręterea ſupradictus Petrus requiſiuit duas villas .ſ. Gurbuc & Fekethe, pro terra Nicolai ex donatione Regis, patri ſuo End9 collata, cui dum prænominati quatuor homines contradicerent, aſſerentes eas ipſi Nicolao cum ipſis eſſe hereditarias, & hoc teſtimõio multorum bonorũ hominum compro-

comprobaſſent, prædictus Iudex, per iamdictum priſtaldum, miſit eos Waradinum ad examen ferri candentis, vbi homo ipſorum portato ferro, iuſtificatus eſt.

358 Mog de villa Poca, cum alijs Ioubagionibus caſtri Clus, .ſ. Erdeu principe exercitus, Chicolou, Tẽqneu, Pouca Archiprecone, Cheycimam, & Bulchu, vidẽtes de prædicta terra caſtri partem ad duo aratra, a quibuſdam alienis videlicet Gotfredo, Farcaſio, Wilc, Olberto, Petro, Andrea, & Fila, iniuſte occupari, citauerunt illos ante Sebaſtianum comitem de Clus, Iudicem a Rege Bela delegatum. Qui auditis reſpõſis vtriuſq; partis. Per priſtaldum nomine Forcos, filiũ Choka de villa Seldeu, miſit ad examen ferri candentis Waradinum. Vbi prænominati actores fecerunt portari ferrum, ſed aduerſarij eorum ſeipſos recognoſcentes ſubterfugerũt prædictam terram caſtri prænominatis actorib. & idem actores cõuenerunt ſatiſfacere iudici & priſtaldo, Et vt exitus huius cauſę indelebilis exiſtat, prædictę partes, terram queſitam metis circumpoſitis fecerũt ſeparari. Quarum metarum vna eſt in monte nomine Burſors, inde per vallem kuſol vadit ad Agoſholm, & inde per vallẽ nomine Er vadit ad metam Wiſata. Sed prȩterea extra metas illas verſus ſeptẽtrionalẽ plagam. Supradictus Mog habet ius ſeſſionis ad ſpacium viginti Iugerum.

359 Abſalon filius Hurtu oretenus eſt nobis .ſ. Capitulo Waradienſi conteſtatus, q vendidiſſet dominę Iuſtinę vxori videlicet Micę comitis, ſeptem capita hominum, Quorum nomina hęc ſunt Mathka, vxor eiuſdem Fœlicitas, & filij eorum Thomas Thanalchu, & filię eorundem Maged, & Ilegu.

360 Ciues caſtri Bolondus de villa Leginer, Motcu, Vnuca Hertugug, Luchy, Vgud, Baldu. Bila, & alij impetierunt quoſdam de eadem villa, filios ioubagionis ſancti Regis, .ſ. Serkenteu, Marcel, Acel, Mogya, & Vs, dicentes, q eorum eſſent conciues, ſimili offitio ideſt debito caſtrenſium ſubiacentes. Illi autem dixerũt ſe eſſe filios ioubagionum ſancti Regis, & hoc idem dixerũt, vt priſtaldus eornm perhibuit. Ioubagiones eiuſdẽ caſtri, videlicet Matha princeps exercitus, Chichur, Sceret, Mogy, Peremus, Thomas, Ind, Albeus, Gyurca, Poula, Budius, Henchu, Centuriones & alij. Quorum teſſtimonio Martinus comes eorum non contentus, p priſtaldum nomine Nuetlen de villa Olſuc, miſit ad examen ferri candentis Waradinum, vbi pvænominati actores ſe ipſos regognoſcentes, candentis ferri ſubterfugerunt iuditium, dicentes prędictos aduerſarios ipſorum eſſe filios ioubagionum ſancti Regis, & aſſerentes ſe falſo de ciuili ſeruitio illos impecijſſe.

361 Humilis conuentus eccleſię Waradienſis, Omnibus pre-

bus pręſentes literas inſpecturis. Salutem in domino. Vniuerſitati veſtrę notum facimꝰ, Quod anno dominicę incarnationis Milleſimo, cc. xxj. cum eſſet edictum a rege Andrea, ꝗ terrę Caſtrenſium requirerētur. Ciues Bekeſienſes de villa Mehes .ſ. Otmar, Iuan, Berta, Toma, & alij coadiuuantibus eiuſdem caſtri ioubagionibus .ſ. Sungud, Hyſce, Iordã, Petro filio Simonis & aliis impetierũt Solt filium Solt, Dicentes, puod terram Caſtri nomine Scilos cum prato & virgulto, cum medietate paludis nomine Fas violenter occupaſſet, hanc cauſam Tiburtius, Gyula, Alexander, & Helias comites vice Regia diſcucientes per priſtaldum nomine Paulum de villa Therecha filio Calanda, direxerũt ad examen ferri candentis Waradinum, vbi prænominatus Iuan portato ferro pro ſe, & conciuibus ſuis combuſtus eſt.

362 Conuentus eccleſię Waradienſis, Omnibus pręſētes literas inſpecturis. Aeternam ſalutem in domino. Vniuerſitati veſtrę notum facimꝰ. Quod cũ Becea de Foktheuu, impecijſſet quendam nomine Heymu de dampno Quadraginta & duarum marcarum facto per violentiam, Bocha vicarius Pauli Woyuodę diſcutiens eos, per priſtaldum nomine Ceku, miſit ad examen ferri candentis Waradinũ, Quo cum veniſſet nominatus Becea cum priſtaldo ſuo, quidam aſſerens ſe eſſe Heimonem illum de

quo res agitur, ferri candentis ſubterfugit iudicium, dicens ꝗ Bocha non eſſet iudex ſuus. Bocha itaq; remãdauit nobis per literas ſuas, ꝗ ipſe & iudex huius cauſę eſſet, & prænominatum Heymon ſicut decet reum condẽnaſſet, Huius rei teſtes ſumus.

363 Ioubagiones caſtri Sumptey .ſ. Nicolaus, Valentinus, Chug, Forcos, Ozorc, & Chunad cum comite eorum Zobozlou, impecierũt ioubagiones Tauornicos Reginę, qui ſũt in villa Momũya .ſ. Wot, Euzud, Weremt, Chunoz, Ilia, Teka, Comſa, Hata Petrum, Micou, Vrbanum, & Tholomer, dicentes ipſos ciues caſtri Sumtey. Illi autẽ & preterea Ioubagiones Tauornicorum .ſ. Iardus & Caza dixerunt eoſdem eſſe ioubagiones Tauornicos Reginę, Quos Gyula curialis comes Reginę diſcutiens per priſtaldum Seruus dei de villa Teſa, ad examen ferri candentis direxit Waradinum, vbi prænominati Ioubagiones ſeipſos recognoſcentes, iudicium ferri candentis ſubterfugerunt, dicentes ſe prę nominatos ioubagiones Tauornicos falſo de ciuili conditione impecijſſe.

364 Humilis conuentus eccleſię Waradinenſis. Omnibus præſẽtes literas inſpecturis. Aeternam ſalutem in domino. Vniuerſitati veſtrę conteſtamur, Quod veniẽs ad nos quidam nomine Zoba (vt ipſe dixit) ſe vocari, Statuit coram nobis duos ciues

terrei

ferrei caſtri .ſ. Miculam & Crachium, vt idem Zoba dixit de illis, aſſerens illos, & omnes eorundẽ conuillanos de villa Thozar impecijſſe quoſdã miniſtros Regis .ſ. Czunam & Gregoriũ de villa Caku, pro iniuſta occupatione terrę caſtri, cuius terrę .n. eſt. Ipſos autem miniſtros Regis reſpondiſſe eandem terram eſſe hęreditariam. Nicolaum vero comitem Palatinum miſiſſe, vtramq; partem, ad examen ferri candentis per priſtaldum nomine Simeonem filium Wid de villa Sag cuius ipſe Zoba eat ſeruiens Waradinum, vbi taliter conuenerunt. Quod pręnominati Miniſtri ſatiſfacerent iudici & priſtaldo, Aduerſarijs autem eorum darent quartã partẽ terrę prædictę, Tres vero partes in quinq; portiones ita diuideruet. Quod tres de qnq; acciperet, Gregorius cum condiuiſoribus ſuis ſuperius duos vero inferius Czuna cum conſortibus ſuis.

365 Micula, Crachun, & alij de villa Thazar, traxerunt ĩ cauſam Obulganum de villa Saden pro Fenili, coram iudice Nicolao comite Palatino, Qui diſcutiens vtramq; partem miſit per priſtaldum no mine Symeonem de villa Sag, ad candens ferrum Waradinum, vt homo Obulgani ferrum portaret. In die autem leuationis ferri, prædicti Micula, & Crachun ſubterfugerunt iudicium ferri, Dicentes q non obſiſterent abſq; ioubagionibꝰ caſtri abſen

tibus, cum quibus causam leuauerant.

366 Cum esset edictum a Rege Andrea, Quod Castrenses dispersos castri recolligerent. Bichorienses cum ioubagionibus eorum .s. Luca, Paulo, Fita, & alijs impecierunt quosdam inseparabiles ioubagiones ecclesię Tdã .s. Bellum, Fib, & Boguan, de villa Apathi, dicentes q̧ ciues essent Bichorienses, Abbas autem de supradicta ecclesia, & Wilc patronus ecclesiæ eiusdem, cum Petro cognato Wilc dixerut q̧ ioubagiones essēt monasterij Tordensis inseparabiles, Quos Tiburtius Gyula & Helias comites auctoritate Regis, huiusmodi causas iudicantes, posuêre super iuramentum memorati abbatis, & prædicti patroni, cum prædicto cognato suo, qui venientes coram pristaldo eorum dominico de genere Rusd, iurauerunt super Sepulchrũ sancti Ladislai Regis, & sic probauerunt q̧ essent ioubagiones prænominati de iure ecclesię prædictę.

367 Koeta de villa Chokoha, & Churna de villa Vmany ciues de Bursod, coadiuuantibus eiusdem castri Ioubagionibus .s. Zadur, Petro, Dedo, & alijs, impetierunt quosdam de villa Mochulas .s. Chiz, Petrum, Dumasam, & item de villa Pelg, Cikam, & item de villa Tornua, Nonam & Belcheam, hos in quam omnes impetierunt pro conciuibus suis. Illi autē dixerunt se esse liberos & filios hospitis Boemorum, Quorum libertatem cum tenerent Ruska

de villa

de villa Simon, & Nuuhu de prædicta villa Mochu lae, prænominati Caſtrēſes dixerũt ipſos quoq; ſuos eſſe conciues. Quorum cauſam Iudices a Rege Andrea delegati .ſ. Tomas Epiſcopus. Pouſa Banus. Symeon Comes per priſtaldum Gutman ad examen ferri candentis miſerunt Waradinum, vt præfati libertatum defenſores iuditiale ferrum pro ſe, & pro illis quos liberos eſſe decertabant portarent. Quo cum veniſſēt, peracto triduano ieiunio, prædicti actores, candentis ferri ſubterfugêre iudi tium, dicentes, ꝗ omnes prænominatos aduerſarios eorum iniuſte pro cõciuibus ſuis impecijſſēt.

368 Humilis conuentus eccleſię Waradienſis, Omnibus ſanctę Eccleſię filijs. Aeternã ſalutem in domi no. Vniuerſitati veſtrę notum facimus, Quod anno Dominicę incarnationis Mille. cc. xxi. cum eſſet edictum a rege Andrea, quod terrę caſtrorum a quocunq; violenter occupatę, caſtris reſtituerentur, Tiburtiꝰ, Gyula, & Helia comitibus a præfato Rege in parochia Bichorienſi delegatis, villani de Vruz & de Kolond, & de Gontoy coadiuuantibus eiuſdem caſtri ioubagionibus .ſ. Luca principe ex ercitus. Tegeegu, Paulo, & alijs impecieruut filios Boceon .ſ. Georgium, Gylianum, & alios omnes, dicentes, ꝗ terram caſtri ad ipſos pertinentem iniuſte occupaſſent, Illi autem reſponderunt eandem terram eſſe ſibi hęreditariã, & hoc teſtimonio com prouincialium probauerũt. Prænominati itaq; Iu-

dices vtramq; partem per priſtaldum nomine Andream de Pulos, direxerunt ad examen ferri candẽ tis Waradinum, vbi p⁹ triduanũ ieiunium, cum de beret ferrum portari, Supradicti actores, conuene runt cum aduerſarijs ipſorum, dare eis terram metatam.

369 Dominicus de genere Sẽtemacus, impecitj quẽdam Iuris Militarem nomine Latibar, dicẽs, q ſex capita ſeruorum, qui ab ipſo fugerunt, apud ipſum ĩueniſſet, & ipſe eos occultaſſet, Quod cum ille ne garet, Maurici⁹ vice palatinus, per priſtaldum nomine Martinũ de villa Scilos, ad examen ferri candentis miſit Waradinum, vbi homo Dominici por tato ferro, pro domino ſuo, mundatus eſt.

370 Ilabar & Andreas Ioubagiones Laurẽcij filij Pot, impecierunt Stephanum ſeruientem Ioance de fur to. Iudice Zakaria, curiali cõite de Zathmar. Priſtaldo Buchyka, de villa Euru. Prædictus itaq; Stephanus portato ferro Waradini, mundatus eſt.

371 Ioannes de villa Iſepu, impecijt quandam mulie rem de villa Potoc pro venefitio, Iudice Zuga curiali cõite de Potoc, priſtaldo Petro. Prædicta itaq; mulier, portato ferro Waradini combuſta eſt.

372 Andreas de villa Wolcaz impecijt Laurentium de villa Bolu, pro furto, coram Mauritio vice pala tino, priſtaldo Stephano de villa Kopri. Præfatus itaq; laurẽci⁹ portato ferro Varadini iuſtificat⁹ eſt.

Scorco-

373 Scorcomer filius Vrbani comitis impecijt Micũ filium Alexandri, & præterea quoſdam de genere Miſca .ſ. Michaelem, Chepanum, Vrbudinum, & alios, de prædicto genere, dicens, q currus ipſius, inuadentes duos de ſeruientibus ſuis, occidiſſent, & res ipſius ad æſtimationem Triginta marcarum abſtuliſſent, Illis autem ſe innocentes eſſe fatentibus, Thomas Agrienſis epiſcopus, Simon quoq; & Pouſa atq; Mauricius comites, Vice regis iudices conſtituti, miſerunt vtramq; partem per priſtaldũ nomine Paulũ de villa Galya, ad examen ferri candentis Waradinũ, Vbi homo prædicti Scorcomer portato ferro pro domino ſuo combuſtus eſt.

374 Anno incarnationis domini, M. cc. xiiij..Regnante glorioſiſſimo Rege Andrea, Simone Waradinenſi Epiſcopo exiſtente. Iacou filius Pata emit a Bodun comite filio Euſtachi tertiam partem terrę Solomun, portionem .ſ. ipſius Bodun comitis lo co Seſſionis & parte nemoris ad eandem portionẽ pertinente diſtinctis, Agro autẽ ab vna, tercia qui dem parte data, ſed in diſtincta, a parte Petus filij Chuley, ad quem videlicet pertinẽt duę partes eiuſdem terrę. Idem etiam ab eodem emit ſuper ean dem terram duos Libertinos. .ſ. Crachinum, & fra trem eius Bucham, Prænominatus autem Bodun comes teſtatus eſt ſe vẽdidiſſe illa, & accepiſſe preciũ eorũ totaliter, videlicet viginti et ſeptẽ marcas.

S

375 Abram de villa Kaba impecijt cõuillanos ſuos .ſ. Chekam & Modu de furto, iudice Smaragdo comite de Zounuc, priſtaldo Som. Sed Cheka & Modu portato ferro iuſtificati ſunt.

376 Echy de villa Moyzun impecijt conuillanos ſuos .ſ. Gyndus & Suncud de furto, coram Zakeo curiali comite de Doboka, & idem matrem eorundem de veneſitio, coram Ioãne Archidiacono, Qui miſſi Waradinum per priſtaldũ vnum nomine Adam portato ferro iuſtificati ſunt. Matrem vero eorum præfatus Echy ſubterfugit, dicens ſe falſo illam impecijſſe de veneſitio.

377 Erricus de villa Moyzun, impecijt dominũ Sumhug de furto, Iudice Zakeo prędicto. Priſtaldo Criſtophoro, Sumhug mundatus eſt.

378 Vs Hodnogy, impecijt Maraz, Stephanum, Albertum, Petrum, & Vz, de violentia, dicens ſe per eos ſeptem plagis Vulneratum, & .L. marcas valẽs ſibi eſſe ablatum. Quos Katapanus Agrienſis epiſcopus, ex mandato regis Andreę, diſcutiens, ad cã dẽtis ferri iudicium, per priſtaldum nomine Leus de villa Scenues miſit Waradinum, vbi taliter conuenerunt. Quod prænominati aduerſarij darẽt Vs Hodnogij, coram capitulo Waradinẽſi in Dominica Reminiſcere, decem & ſeptẽ marcas, & idem Iudici & priſtaldo ſatiſfacerent & ſi hęc non facerent, portarent Regale iudicium.

Buhus

379 Buhus ioubagio caſtri Zathmar, impecijt ioubagionem, de genere Cupulon .ſ. Crachinum de villa Malca pro furto. Quos Banc comes Palatinus & Poſonienſis diſcuciens ad Praudam per priſtaldũ nomine Luger miſit Waradinũ, vbi Crachin⁹ portato ferro iuſtificatus eſt.

380 Philippus de villa Vulchoi impecijt ioubagionẽ Stephani filij Moruc .ſ. dominum Tochi de tribus marcis. Quos Criſtoforus curialis comes de Clus, diſcutiẽs ad praudam per priſtaldum nomine Chepanũ miſit Waradinũ, vbi homo Philippi nomine Geus, portato ferro pro dõino ſuo iuſtificat⁹ eſt.

381 Mox ioubagio Coſume impecijt hominem Bartholomei .ſ. dominum Sorlout pro vno equo duas marcas valente, vt priſtaldus dixit. Quos Boſou vice curialis comes de Zobolcz, diſcuciẽs ad praudã per priſtaldum nomine Micu miſit Waradinũ, vbi dominus Mox combuſtus eſt. Amen.

382 Sicu de villa Berceu, impecijt conuillanam ſuam nomine Benedictam vxorem Vendeg pro venefitio, Iudice Beniamin Vicearchidiacono, Priſtaldo Perta, Benedicta combuſta eſt.

383 Solomun de villa Achya, impecijt conuillanum ſuum nomine Vendeg, de duabus marcis argenti & dimidia, Iudice Beken, curiali comite, priſtaldo Ela. Solomun portato ferro iuſtificatus eſt.

384 Chekez curialis comes Miſca comitis, impecijt

ioubagiones Iordani filij Ilarij .f. Tecum, Dedemerum, & Sumpou, de duodecem marcis, ſingulos de quattuor. Quos Iordanus diſcutiens ad praudam, per priſtaldum nomine Fyod, miſit Waradinum, vbi Tecus conuenit dare aduerſario ſuo marcam unam, & idem Iudici ſatiſfacere, ita q partem priſtaldi Chekez perſolueret. Dedemer autem mundatus eſt. Dominus vero Sumpou combuſtus eſt.

385 Kaluz ioubagio Iohannis filij Abſalonis impecijt Zamam vitricum Abſalonis dicẽs, Quod vxorem ſuam, & ancillam ſuam, & veſtes vxoris ſuę vi abſtulliſſet. Iudice Banco comite Palatino, priſtaldo Leger. Cum autem ventum eſſet Waradinum, talis facta eſt inter illos conuentio, Quod Zama in feſto ſancti Georgij redderet aduerſario ſuo vxorem ſuam in fide Adę filij Pata, Quod nihil mali inferretur mulieri illi, Redderet & ancillam ſuam, & tres veſtes, & inſuper unam marcam, Idem etiam ſatiſfaceret priſtaldo. Iudici vero Kaluz.

386 Honod impecijt ſeruum Karoli nomine Petrum de villa Hot pro furto. Iudice Nuethlen curiali comite de Bichor, et Marco Biloto, priſtaldo vero Stephano. Honod renunciauit actioni cum ventum eſſet Waradinũ dicens, Quod falſa opinione ducta, illum impecierat.

387 Seraphin de villa Kourongy impecijt Farſiu filium Petu conuillani ſui, de quattuor ouibus, Iudice

Iula

Iula filio Vatę, domino eorum, Priſtaldo Dica, taliter conuenerunt, q iudici, Priſtaldo & Loco ſimul ſatiſſacerent, & domino ouium illarum etiam ſimul ſatiſſacerent.

388 Agya Iobagio Ceſari filij Legi, impecijt dominum Engues de Kalatha pro furto, Quos Nuethlē curialis comes de Bichor diſcutiens ad praudam, q priſtaldum nomine Lucum, de villa Lomb, miſit Waradinum, vbi Engues iuſtificatus eſt.

389 Quid filius Olibrij comitis, duxit in cauſam fratrem ſuum Herbortum, dicens q non deberet ipſe Herbortus eſſe particeps cuiuſdam prędij nomine Neuegy, cum illud prædium pecunia matris ſuæ .ſ. nouercę Herborti ſit emptum, et ab eadem in morte ſua, corā patre ſuo Olibrio & fratrib9 patris ſui nec non alijs cognatis eius, ſibi ſoli vtpote vnico matris ſuę feurit relictum, & adduxit in teſtimonium Bos comitem, fratrem videlicet patris ſui, aliosq; cognatos & notos, & Micam comitem Bichorienſem, Quibus teſtimonium vnanimiter ſibi perhibentibus. Bāco comes palatinus poſuit ſuper Iuramentū Bos comitis, Dato priſtaldo nōine Gyopol filio Nicus. Qui Bos cum Waradini parat9 eſſet iurare, Prænominatus Quid, cū fratre ſuo Herborto, taliter conuenit, q ipſe portionem ſuam in prædio Fegynernuch, quę hęredetario Iure ipſum contingit, fratri ſuo Herborto relinqueret, & ita

prædium Fegyuernuch a modo ipſius Herborti foret ſine participe, Ita tamen quod ſi quis de iam dicto prædio quicquam requireret, ipſe Quid, datam a ſe partẽ tuere non teneretur. Præterea idem Quid dimidium suę portionis in terra Baluc verſus Neſmer, retento ſibi iure Molendini dedit etiam Bertoldo, Et ita pro his omnibus ſepeiamdictis, Quid recepit ſolus conſenſu & pace fratris ſui prædium Neueg totaliter. Amen.

Sequitur Benedictio Epiſcopalis, ſuper nouũ ferrũ ad manifeſtandum verum Iudicium prębaratum.

Oratio.

Benedic domine Pater omnipotens ęterne deus, ꝑ inuocationem ſanctiſſimi nominis tui, & ꝑ aduentũ vnigeniti filij tui, Domini noſtri Ieſu Criſti, atq; per donum Spirituſſancti, ad manifeſtandũ verum iudicium tuũ, hoc genus metalli, vt ſit ſãnctificatum & conſecratum, vt omni dēmonum falſitate procul remota, fidelibus tuis, veritas veri iudicij tui, manifeſta fiat, ꝑ dominũ noſtrũ Ieſũ. et c.

Oratio.

Deus Abraam Deus Yſak, & Deus Iacob, Deus omnium bene viuentium, Deus origo & manifeſtatio omnis iuſtitiæ, Qui ſolus eſt iuſtus iudex, fortis & patiens. Dignare exaudire nos famulos tuos orantes ad te, pro benedictione huius ferri, Vnde rogamus te Domine, iudicem vniuerſorũ, vt mittere digneris ſanctam & veram benedictionem tuam, ſuꝑ hoc ferrum, vt ſit refrigerium illud portantibus, & habentibus iuſtitiam, & credentib⁹ in tuam iuſtitiam & fortitudinem. Et ſit ignis ardēs iniquis, & facientibus iniqua, & ſperantibus in iniuſtitia ſua, & pompa diabolica. Conuerte domine incredulitatem iniuſtorum, ꝑ virtutem & benedictionem tuam, & ꝑ inuocatioem ſanctæ trinitatis, patris & filij & ſpiritus ſancti. Et mitte in hoc ferrum vim virtutis ac veritatis tuę, vt in eo ſemper, ꝑ miſericordiam & veritatem tuam, veriſſima iuſtitia, quę tibi ſoli cognita eſt, fidelib⁹ tuis, ad emen

dationem iniquorum, mãifeſtiſſime declaretur, de quacunq; queſtione ratio fuerit agitata, & nullam poteſtatem habeat diabolica virtus, veritatem tuã aut occultare, aut deprauare, Sed ſit ſeruis tuis in monimentum fidei, ad credulitatem diuinę maieſtatis tuę, ad certificationem miſericordię, ac veriſſimę tuæ veritatis, per dominum.

Tunc aſpergatur ferrum aqua benedicta,
& dicat Epiſcopus.

Benedictio Dei patris, & filij, & ſpiritus ſancti, deſcendat ſuper hoc ferrum, ad diſcernendum iudicium dei. Amen.

Sequitur Benedictio ad locum, vbi ignem accendere & conſecrare debent.

Benedic Domine ꝑ inuocationem ſancti nominis tui, hunc locum, ad manifeſtandum verum iudicium, vt omni dęmonum falſitate procul remota, fidelibus tuis, veritas iudicij tui manifeſta fiat, per Criſtum dominum noſtrum. Amen.

Benedictio Ignis.

Domine ſancte pater omnipotens æterne deus, Benedic hunc ignem, quem in nomine filij tui, do mini noſtri Ieſu Chriſti, & ſpiritus ſancti, benedicimus & ſanctificamus. Qui viuis, & regnas.

Sequitur miſſa iudicij candẽtis ferri.

Introitus.

Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum, fac

cum

cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiã tuam· Ver. Beati inmaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Gloria patri etc.

Oratio.

Actiones noſtras queſumus domine, & aſpirando preueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta operatio, omnis oratio, & a te ſemper incipiat, & per te cepta finiatur, per doĩm. etc.

Lectio Eſaię Prophetę.

In diebus illis, Locutus eſt Eſaias Propheta dicẽs. Querite dominum, dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Derelinquat impius viam ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum & miſerebitur eius, & ad dominum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum.

Grad.

Cuſtodi me domine vt pupillam oculi, ſub vmbra alarum tuarum protege me. Ver. De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant ęqtatem. Alleluia. Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, nũquid iraſcetur ꝑ ſingulos dies. Alleluia.

Euangelium ſecundum Marcum.

In illo tempore, Reſpitiens Ieſus in diſcipulos ſuos, ait illis. Habete fidem Dei. Amen dico vobis, Quia quicunq; dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare, & non heſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcũq; dixerit fiat, fiet ei, prop-

T

terea dico vobis, omnia quęcũq; orãtes petitis, credite quia accipietis, & fient vobis.

Offertorium.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.

Secreta.

Omnipotens ſempiterne deus, qui non ſacrificiorum ambitione placaris, ſed ſtudio piæ deuotionis intendis, Da famulis tuis, fidem rectam, ſpem inconcuſſam, & cor mundum, vt fides, hęc tibi dona conciliet, & humilitas commendet. ꝑ etc.

Communium.

Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, cre dite quia accipietis, & fiet vobis.

Tunc comunicet ſacerdos criminatum ſeu accuſatum, his verbis.

Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit tibi hodie ad comprobationem veri iudicij. Amen.

Oratio poſt comunionem.

Fideles tuos Deus ꝑpetua dona confirmẽt, & vota noſtra quę pręueniendo aſpiras, eciam adiuuando proſequere. per doĩm. etc.

Peracta miſſa ꝑgat ſacerdos, cum cruce, & aqua benedicta, & plebe, ad locum, vbi ꝓbatio fieri debet. Imp̃mis dicãtur Septem Pſalmi pœnitentiales, cum letania, in qua interſerantur hi duo verſiculi.

Vt iuſ-

Vt iuſtitię nõ dominetur iniquitas, ſed ſubdetur nunc & ſemper falſitas veritati tuæ. Reſ. Te rogamus audi nos. Vt verum iudiciũ hodie nobis manifeſtare digneris. R. te rog. Agnus dei. Xp̃e audi nos. Xp̃e. exaudi nos. Kyriel. x. k.

Poſtea dicantur orationes ad ferrum.

Benedic domine Sãcte pater, per inuocationem ſanctiſſimi nominis tui & per aduentum vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti, atq; ꝑ donum ſpiritus ſancti, ad manifeſtandum uerum iuditium tuum, hoc genus metalli, vt ſit ſanctificatum & cõſecratum ad manifeſtandum verum iudiciũ tuum, vt omni dæmonum falſitate procul remota fidelibus tuis veritas veri iudicij tui, manifeſta fiat, per eum qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, et ſeculum ꝑ ignem. Amen.

Alia Oratio.

Deus iudex iuſtus, qui autor pacis es, & iudicas æquitatem. Te ſuppliciter exoramus, vt hoc ferrũ ignitum, ad iuſtam examinationem cuiuſlibet dubietatis faciendam, benedicere & ſanctificare digneris. Ita vt ſi innocens ſit homo iſte de prænomi nata cauſa, vnde purgatio quęrẽda eſt, hoc ferrum ignitum, cum manu accepit, illęſus appareat, & ſi culpabilis ſit, iuſtiſſima ſit ad hoc virtus tua, vt ĩ eo veritas declaretur. Quatenus iuſtitiæ non domine tur iniquitas, ſed ſubdatur ſẽper falſitas veritati. ꝑ

Alia oratio.

[1] Knauz I. 271. Fejér III/2. 271. Wenzel XI. 223. Fejér III/2. 172. V/1. 305. Wenzel VI. 466—77. Tkalčić I. 63—4., 64—5. — [2] Cod. patr. VII. 16. — [3] Cod. patr. VIII. 15.

Dignitarii Belae junioris regis:
Cancellarius: Mathias praepositus Zagrabiensis.
Magister tavernicorum: Pós.
» *dapiferorum:* Csák.
» *agazonum:* Pósa filius Sólyom.[1]

Comes: Cepanus (nr. 368), Gyopol (nr. 356), Ladislaus (nr. 368), Mica (nr. 370).

ANNUS 1230.

Rex: Andreas II.
Rex primogenitus simul conregnans: Bela.
Dux Sclavoniae: Colomannus.
Archiepiscopus Strigoniensis: Robertus.
» *Colocensis:* Ugrin.
Episcopus Agriensis: Cletus.
» *Chanadiensis:* Bulchu.
» *Jauriensis:* Gregorius.
» *Quinqueecclesiensis:* Bartholomaeus.
» *Transsylvanus:* Reginaldus.
» *Vaciensis:* Briccius.
» *Varadiensis:* Alexander.
» *Vesprimiensis:* Bartholomaeus.
» *Zagrabiensis:* Stephanus.
Cancellarius: Ugrin archiepiscopus Colocensis.
Vicecancellarius: Petrus praepositus Albensis.

[1] Cod. patr. VIII. 25. 26. Fejér III/2. 193. VII/1. 222—3.

Palatinus: Moys, simul comes de Bihar.
Comes curialis regis: Ladislaus, simul comes de Bács.
Magister tavernicorum: Dionisius, simul comes de Szolnok.
» *dapiferorum:* Demetrius.
» *pincernariorum:* Lucas, simul comes de Bars.
» *agazonum:* Nicolaus, simul comes de Sopron.
Comes de Abaujvár: Petrus frater Marcelli curialis comes reginae.
» *Bács:* Ladislaus curialis comes regis.
» *Bars:* Lucas magister pincernariorum.
» *Bihar:* Moys palatinus.
» *Mosony:* Nicolaus (pater Isaac) frater Ugrini.
» *Sopron:* Nicolaus magister agazonum.
» *Szolnok:* Dionisius magister tavernicorum.
Comes curialis reginae: Petrus frater Marcelli, simul comes de Abaujvár.[1]
Praeterea occurrunt: Chudruch pristaldus regis,[2] Stephanus de Kamarin pristaldus Moys

[1] Fejér III/2. 207, 209. Codex patr. VI. 24—25. Wenzel I. 269. Fejér III/2, 211—213., 254. — [2] Fejér III/2. 213.

palatini.[1] Nicolaus comes filius Barcz.[2]

Judices a rege delegati: (in partibus Borsod) Andreas comes de Borsod, Tymotheus magister, Nicolaus filius Laurentii de genere Urs, Ponit de genere Miskolcz.[3]

*

Dignitarii Belae junioris regis:

Cancellarius: Mathias praepositus Zagrabiensis.

Vajvoda: Gyula frater Rátót, filius Leustachii.

Magister tavernicorum: Pós.

» *dapiferorum:* Csák.

» *pincernariorum:* Michael filius Opud.

» *agazonum:* Pósa filius Sólyom.[4]

ANNUS 1231.

Rex: Andreas II.

Rex primogenitus (et patris in regimine adiutor): Bela.

Dux Sclavoniae: Colomannus.

Archiepiscopus Strigoniensis: Robertus.

Colocensis: Ugrin.

[1] et [2] Fejér III/2. 207. — [3] Codex patr. VII. 18. — [4] Wenzel VI. 485—6. Tkalčić I. 68. Fejér VII/1. 225. Cod. patr. VII. 19. 20.

Episcopus Agriensis: Cletus.
» *Chanadiensis:* Bulcsu.
» *Jauriensis:* Gregorius.
» *Quinqueecclesiensis:* Bartholomaeus.
» *Transsylvanus:* Reynaldus.
» *Vaciensis:* Briccius.
» *Varadiensis:* Benedictus.
» *Vesprimiensis:* Bartholomaeus.
» *Zagrabiensis:* Stephanus.
Vice-Cancellarius: Michael, post Petrus praepositus Albensis.
Palatinus: Moys; post 15-am m. Martii Dionisius.
Curialis comes: Benedictus.
Magister tavernicorum: Nicolaus filius Nicolai.
» *dapiferorum:* Fila.
» *pincernariorum:* Stephanus.
» *agazonum:* Michael.
Comes de Mosony: Nicolaus. —; eius curialis comes: Ceken, iobagio castri Mosony.[1]
Pristaldi regis: Hunt comes filius Alberti,[2] Martinus filius Simonis de Volyan (Belae regis),[3] Zachra de villa Pogona.[4]

[1] Wenzel XI. 230—4. (conf. Cod. dipl. comitatus Zala I. 17). Theiner, Monum. Hung. I. 97. Fejér III/1. 255. VII. 227. Wenzel VI. 495. I. 283. Fejér III/2. 223. Knauz I. 278. Cod. patr. I. 10. Fejér III/2. 226, 227—300. — [2] Fejér III/2. 213. — [3] Wenzel VI. 500. — [4] Fejér III/2. 223.

Pristaldus Dionisii palatini: Bozorg de genere Bozligh.[1]
Praeterea occurrunt: Benedictus comes filius Samud, Buzad comes, Gug comes.

*

Dignitarii Belae junioris regis:
Cancellarius: Mathias praepositus Zagrabiensis.
Vajvoda Transsylvaniensis: Gyula frater Rátót.
Magister tavernicorum: Pous.
» *dapiferorum:* Csák, post Andreas filius Serephel.
» *agazonum:* Pósa fil. Sólyom.
» *pincernarum:* Michael filius Opud.
Pristaldus Belae regis: Marton filius Simonis de Volyan, inter iobagiones castri Posoniensis et comitem Sebus ratione terre Karcsa iudicantis.[2]

*

Dignitarii Colomanni junioris regis:
Notarius: Fyla.
Banus: Gyula.
Magister tavernicorum: Gyula filius Gyulae.
Comes de Baranya: Georgius.
» *Somogy:* Apay.
» *Valkó:* Petrus.
» *Zala:* Nicolaus.[3]

[1] Fejér VII/4. 79. — [2] Urkundenb. I. 54—55. Wenzel VI. 500. XI. 234—5. — [3] Arch. regnic. Dl. 536. Fejér III/2. 237—8.

ANNUS 1232.

Rex: Andreas II.
Rex primogenitus: Bela.
Dux Sclavoniae: Colomannus.
Archiepiscopus Strigoniensis: Robertus.
» *Colocensis:* Ugrin.
Episcopus Agriensis: Cletus.
» *Chanadiensis:* Bulcsu.
» *Jauriensis:* Gregorius.
» *Quinqueecclesiensis:* Bartholomaeus.
» *Transsylvanus:* Reynaldus.
» *Vaciensis:* Briccius.
» *Varadiensis:* Benedictus.
» *Vesprimiensis:* Bartholomaeus.
Cancellarius: Ugrin archiepiscopus Colocensis.
Palatinus: Dionisius.
Banus: Gyula.
Curialis comes regis: Benedictus filius Samud; ante diem 18-am m. Novembris: Demetrius.
Magister tavernicorum: Nicolaus.
» *dapiferorum:* Fila.
» *agazonum:* Michael.
» *pincernariorum:* Stephanus.
Comes de Bács: Nicolaus.
» *Mosony:* Ladislaus.
» *Sopron:* Buzád.[1]

[1] Cod. patr. I. 11—13. Fejér III/2. 271—2. Collectio Arnoldi Ipolyi, apud Fejér III/2. 402. erronee sub anno 1234. Knauz I. 286, 287, 288. Theiner I. 104. Wenzel I. 293. Cod. patr. VII. 21. Wenzel I. 292—3. VI. 506. —

Pristaldus regis: Stephanus canonicus Albensis.[1]
Pristaldi palatinorum: Detlip de Mayad,[2] Boch frater Pauli de Scunda.[3]

*

Dignitarii Colomanni ducis Sclavoniae:
Cancellarius: Farkas praepositus Egrensis (fors Agriensis).
Banus et curialis comes: Gyula.
Magister tavernicorum: Gyula.
» *dapiferorum:* Demetrius.
Comes de Baranya: Georgius.
» *Somogy:* Opoy.
» *Valkó:* Petrus.
» *Zala:* Nicolaus.[4]

ANNUS 1233.

Rex: Andreas II.
Rex primogenitus: Bela.
Dux Sclavoniae: Colomannus.
Archiepiscopus Strigoniensis: Robertus.
» *Colocensis:* Ugrin.
Episcopus Agriensis: Cletus.
» *Chanadiensis:* Bulcsu.
» *Jauriensis:* Gregorius.
» *Quinqueecclesiensis:* Bartholomeaus.
» *Transsylvanus:* Reynald.

[1] Collectio Ipolyi. — [2] Wenzel VI. 511. — [3] Ibid. VI. 507. — [4] Fejér III/2 286—7. Wenzel VI. 507.

Episcopus Vaciensis: Briccius.
» *Varadiensis:* Benedictus.
» *Vesprimiensis:* Bartholomaeus.
» *Zagrabiensis:* Stephanus.
Cancellarius: Ugrin archiepiscopus Colocensis.
Palatinus: Dionisius.
Curialis comes regis: Demetrius, simul comes de Bács.
Magister tavernicorum: Nicolaus, simul comes de Pozsony.
» *dapiferorum:* Mauricius.
» *agazonum:* Michael, filius Apa.
» *pincernariorum:* Bágyon.
Comes de Abaujvár: Theodorus.
» *Bács:* Demetrius curialis comes.
» *Bihar:* Stephanus.
» *Fejér:* Michael filius Apod.
» *Mosony (semel erronee Missiensis):* Ladislaus (semel erronee Wratislaus).
» *Nyitra:* Petrus frater Marcelli.
» *Pozsony:* Nicolaus magister tavernicorum.
» *Sopron:* Nicolaus filius Barcz.
» *Vasvár:* Abram.[1]

[1] Knauz I. 298. Wenzel I. 304–5. 305—6., 518—9. Cod. patr. IV. 14—19. Theiner I. 119. Arch. regn. Dl. 187. Wenzel XI. 256—8. Fejér III/2. 332—4. Cod. patr. V. 12—14. Fejér III/2. 319. Knauz I. 292—7. Fejér III/2. 360. Wenzel VI. 517—8, 519—21. XI. 258—60. I. 302–4.

Pristaldi regis: Tiburtius dapifer regis,[1] Radun,[2] Alexander ensifer filius Moys comitis,[3] Martinus filius Thomae.[4]

Pristaldus palatini: Both de Scunda.[5]

Judex a rege delegatus: Demetrius magister in partibus Castri Ferrei.[6]

*

Dignitarii Belae regis primogeniti:

Cancellarius: Mathias praepositus Zagrabiensis.

Banus de Szörény: Lucas.

Vajvoda Transsylvanus: Dionisius, filius Dionisii, *cum magno nasu.*

Magister tavernicorum: Pós.

» *dapiferorum:* Andreas filius Seraphini.

» *agazonum:* Pósa filius Sólyom.

» *pincernarum:* Belud filius Osl.[7]

*

Dignitarii Colomanni junioris regis:

Banus: Gyula.

Magister tavernicorum: Gyula de genere Kán.

» *dapiferorum:* Demetrius de genere Aba.

Comes de Somogy: Apay.[8]

[1] Cod. patr. VII. 22. — [2] Fejér III/2. 365. — [3] Wenzel I. 304. — [4] Fejér III/2. 332. — [5] Wenzel VI. 530. — [6] Cod. patr. VI. 21—22. — [7] Wenzel I. 306—7. Fejér III/2. 364—5. Cod. patr. V. 14—16. Urkbuch I. 58. Arch. regn. Dl. 185. Fejér. III/2. 363—4. — [8] Theiner I. 120—21.

ANNUS 1234.

Rex: Andreas II.
Rex primogenitus: Bela.
Dux Sclavoniae: Colomannus.
Archiepiscopus Strigoniensis: Robertus.
» *Colocensis:* Ugrin.
Episcopus Agriensis: Cletus.
» *Chanadiensis:* Bulcsu.
» *Jauriensis:* Gregorius.
» *Quinqueecclesiensis:* Bartholomaeus.
» *Transsylvanus:* Renold.
» *Vaciensis:* Briccius.
» *Varadiensis:* Benedictus.
» *Vesprimiensis:* Bartholomaeus.
» *Zagrabiensis:* Stephanus.
Cancellarius: Ugrin archiepiscopus Colocensis.
Vicecancellarius: Nicolaus praepositus Scibiniensis.
Palatinus: Dionisius.
Vicepalatinus: Petrus de Cubulkuth.
Banus: Gyula.
Vajvoda: Dionisius.
Comes curialis regis (iudex curiae): Demetrius simul comes de Bács; post Ladislaus simul comes de Bács.
Magister tavernicorum: Nicolaus simul comes de Pozsony.

Rex: Andreas II. (nr. 377. 378.)

Episcopus Chanadiensis: —; abbas Bistriensis.
» *Vaciensis:* Briccius (nr. 381); — canonicus Fiba (nr. 381).
» *Varadiensis:* —; praepositus: Johannes (nr. 379); — eccl. scti Protomartyris praepositus: Philippus; — eccl. scti Protomartyris prior: Andrianus; — eccl. scti Protomartyris custos: Cornelius (nr. 378).

Comes curialis regis (iudex curiae): Ladislaus comes de Bács (nr. 372, 373, 374, 376, 378, 380).

Magister dapiferorum: Mauritius simul comes de Mosony.
» *pincernariorum:* Bágyon; post Alexander.
» *agazonum:* Michael filius Apa.
Comes de Bács: Demetrius, post Ladislaus iudices curiae.
» *Bihar:* Stephanus.
» *Bodrog:* Gyula iunior.
» *Csanád:* Ladislaus f. Vetuk.
» *Fejér:* Michael f. Apod.
» *Győr:* Simon Latinus.
» *Mosony:* Mauricius mag. dapiferorum.
» *Nyitra:* Kemin (Kemény).
» *Patak:* Farkas.
» *Pozsony:* Nicolaus mag. tavernicorum.
» *Sopron:* Fila.
» *Szolnok:* Dees.[1]
Praeterea occurrunt: Imarad f. Simun de villa Seureg pristaldus regis;[2] Clemens f. Truntayl de Nek pristaldus vicepalatini.[3]

*

Dignitarii Colomanni iunioris regis:
Banus: Gyula.
Vicebanus: Keled, simul comes de Zágráb.

Comes de Bács: Ladislaus iudex curiae (nr. 372, 373, 374, 376, 378, 280).
Pristaldus regis: Fonchuca, frater Heym (nr. 377).
» *iudicis curiae:* Unoka f. Farkas de Békés (nr. 373); Imurad de villa Sceureg (nr. 380).
Comes: Both (nr. 378), Eccy (nr. 372), Thomas (nr. 378), Torcunca, quondam (nr. 377).

[1] Fejér III/2. 101. Wenzel VI. 550—2. Archiv. regn. Dl. 198. Fejér III/2. 405. Wenzel VI. 545—9. Codex patr. VIII. 30—31. Knauz I. 304. 306. — [2] Knauz I. 306. — [3] Cod. patr. VIII. 31.

Magister tavernicorum: Gyula filius Gyula bani.
Comes de Somogy: Opoy.
» *Valkó:* Georgius.
» *Zala:* Nicolaus.[1]

ANNUS 1235.

Rex: Andreas II.
Archiepiscopus Strigoniensis: Robertus.
» *Colocensis:* Ugrin.
Episcopus Agriensis: Cletus.
» *Chanadiensis:* Bulcsu.
» *Jauriensis:* Gregorius.
» *Quinqueecclesiensis:* Bartholomaeus.
» *Transsylvanus:* Renold.
» *Vaciensis:* Briccius.
» *Varadiensis:* Benedictus.
» *Vesprimiensis:* Bartholomaeus.
» *Zagrabiensis:* Stephanus.
Cancellarius: Ugrin archiepiscopus Colocensis.
Palatinus: Dionisius filius Dionisii comitis.
Banus: Gyula.
Vajvoda: Andreas filius Seraphini.
Comes curialis regis: Ladislaus, simul comes de Bács.

Rex: Andreas II. (nr. 383).
Episcopus Agriensis: —; archidiaconus de Szoboszló: Ibrahim (nr. 384).
» *Varadiensis:* Benedictus (nr. 383); — lector et notarius: Anianus (nr. 383); — abbas de Kuru: Gregorius (nr. 387).
Archipresbyter: Briccius (nr. 386).
Palatinus: Dionisius (nr. 383, 387).
Comes de Bihar: Stephanus (nr. 383).

[1] Arch. regn. Dl. 33405. Fejér III/2. 412—13. Wenzel. XII. 681—2.

Magister tavernicorum: Nicolaus, simul comes de Pozsony.
» *dapiferorum:* Mauricius, simul comes de Mosony; post Michael.
» *agazonum:* Michael filius Apa, post Alexander.
» *pincernariorum:* Alexander, post Stephanus, comes simul de Bihar.

Comes de Bács: Ladislaus comes curialis regis.
» *Bihar:* Stephanus magister pincernariorum.
» *Mosony:* Mauricius magister dapiferorum.
» *Nyitra:* Kemyn.
» *Pozsony:* Nicolaus magister tavernicorum, post Lucas.
» *Sopron:* Abraham, post Osl.
» *Szolnok:* Dees.[1]

Pristaldus palatini: Pascha (nr. 387).
Comes Mathias (nr. 385).

[1] Századok 1897. 585. Conf. Fejér III/1. 448. Wenzel VI. 567—8.

DEMONSTRATIO SPECIALIS

CHRONOLOGIAE TESTIMONIORUM REGESTRI VARADIENSIS.

DEMONSTRATIO SPECIALIS
CHRONOLOGIAE TESTIMONIORUM REGESTRI VARADINENSIS.[1]

Ut testimonia exitus ferri candentis in regestro Varadinensi contenta annis, quibus evenere, tribuantur, hucusque unicum solum tentamen, hocque repentinum ac imbecille contigit. Georgius Fejér, Codicis Diplomatici Hungariae concinnator, testimonia, quae huc illucque in regestro nota anni signata occurrunt, terminorum instar adhibuit, testimoniaqua subsequentia eodem anno, quem praemissum testimonium exhibuit, contigisse putavit, usque

[1] Statim in ingressu veniam a benevolis lectoribus mihi petere oportet ob minus elegantem et cultam latinitatem huius elucubrationis. Scripsi — uti candide fateor — hanc elucubrationem Hungarus hungarice et postea latinitate donavi, unde facile contigit, ut nonnullae constructiones verborum, linguae vernaculae propriae in hac versione remanserint. Magno dein impedimento fuit, quominus purius Latino sermone utar, materia ipsa, quae erat tractanda. Leges enim, conditiones, mores, magistratus aliasque res, hac in elucubratione toties allatas classici auctores penitus ignorant. Romani autem imperii instituta eorumque nomina simpliciter institutis, quae aetate regestri Varadinensis viguere, attribuere nefas lectoribusque errorem offundens putavimus. Hinc utimur vocibus, alio, quam apud scriptores aurei—ut aiunt—aevi literaturae Romanae, sensu sumtis vel etiam vocibus priscis auctoribus penitus incognitis. Voces autem circiter hae sunt:

Palatinus significat summum post regis dignitatem magistratum, adeoque belliductorem et iudicem summum post regem.

Iudex curiae regis significat iudicem secundum post regem.

Comes significat virum, cui cura alicuius provinciolae, castro cuidam subiectae, delegata erat (ergo minime regis socium).

dum alterum testimonium, nota anni signatum, alium sibi annum non obtrudit.

Tam facilem methodum chronologiam testimoniorum singulorum figendi facile quoque erat evertere, totamque methodum inanem ostendere. Decennia dein septem transiere atque nemo manum admovit testimoniis his chronologice disponendis. Difficultates huius operis omnes abhorrebant, imo nonnulli ordinem chronologicum his testimoniis ingerere penitus impossibilem asserebant, maxime quidem ab eo tempore, quo Theodorus Botka, solers indagator historiae Hungariae, testimonia haec commixtis chartis lusoriis similia asseruit.[1]

Haec tamen similitudo exaggerata est. Non eiusmodi libri

Comitatus significat provinciolam, cui a castro principatum tenente nomen, comiti commendatam.

Comes curialis alicuius comitis aut comitatus significát vices genentem comitis aut alicuius optimatis.

Bilochus (vox barbara) significat iudicem a rege speciatim in comitatus missam, qui praesertim causas criminales iudicabat.

Vojvoda (vox barbara) significat incolarum provinciae Transsylvanae belliductorem simul et iudicem.

Banus (vox barbara) significat virum, qui antiquae Sclavoniae et Croatiae praeerat.

Executor (quem loco vocis barbarae pristaldus = poroszló adhibemus) significat adiutorem iudicis in iudiciis exequendis, (plus erat, quam apud priscos Romanos apparitor).

Capitulum significat collegium sacerdotum munia in aede sacra primaria obeuntium.

Praepositus significat caput huius collegii.

Lector significat alterum virum huius collegii, iuvenes lectionibus instituentem.

Cantor significat virum ordine tertium Capituli, iuvenes ad cantandum docentem.

Notarius significat, cuius officium erat res memorabiles libro distincto inferre, quod et fecit non quidem notis Tironianis, sed tamen aliquatenus compendiariis in archetypo quoque conspicuis eratque ordinate cum lectore eadem persona.

[1] Századok 1872. 545.

fragmenta habemus in regestro Varadinensi, in quo singula testimonia exitus ferri candentis singulis foliis inscripta sunt, sed libri notarialis talis, qui ordine, quo invicem se excipiebant, plura paucioraque, prout locus dabat, testimonia in singulis foliis descripta habuit. Unico casu, satis prolixo, excepto, saltem 4—5 causas, quas ferro candenti decidi optabant, singula folia habebant adnotatas. Si itaque ope monumentorum, nota temporis signatorum, aliorumque fulcimentorum historiae saltem unum horum testimoniorum certo anno affigere postumus, sponte ceterorum quoque testimoniorum, in eodem folio adnotatorum vel etiam in subsequentibus foliis descriptorum annus, nonnunquam etiam testimonii descripti mensis elucet.

Contextus ipse regestri Varadinensis sat clare prodit, casus hic adnotatos nonnunquam cohaerere eodemque tempore evenisse. Sic testimonium nr. 7 (apud priores editores 377.) signatum verbis: «iudice Zakeo *predicto*», alludit ad praecedens testimonium nr. 6 (prius 376) ibique revera nomen iudicis Zakei, imo et munus, quo fungebatur, reperimus. Testimonium nr. 106. (prius 289) aperte provocat ad reos in praecedenti testimonio nr. 105 (prius 288) iam memoratos: «predictos Balum et Sceman», iudices autem et executores simpliciter «eosdem» nominat, qui in praecedenti nr. 105 (288) iam allati sunt. Testimonia nris 304, 305, 306 atque 307 (221, 222, 223, 224) signata in archetypo huius regestri stricte se invicem excepisse, dubio caret; nam notarius solum in testimonio nr. 304 (221) signato domicilium executoris adnotavit, postea terna vice verbis, «Gregorio praedicto» simpliciter provocat ad nr. 304. Simili modo patet nexus testimoniorum nr. 295 és 296 (212 et 213), nam in testimonio nr. 296 (223) notarius executorem verbis «prefatus Mysca» appellat veluti talem, qui in testimonio praecedenti sat fuse descriptus fuit. Amplius dicimus, non tantum iudicia in testimoniis 295 et 296 (212—213) descripta, sed etiam in statim sequentibus test. nr. 297—303 (214—220) adnotata procul dubio eodem tempore lata, archetypoque sic, prout nunc coram nobis prostant, inserta

sunt, nam secus, quare in his iudiciis iidem iudices iidem executores funguntur? explicari nequit.

Verum quidem est, plurium, quam 4—5, ad summum 8 testimoniorum connexum tam luculenter ostendere nequimus, sed facillime reperitur huius rei plana et obvia causa. Prima est, haec iudicia, quae ferro candenti decidebantur, fuisse eo etiam tempore extraordinaria adeoque vix evenisse, ut unus alterve iudex eadem hebdomada decies aut duodecies ferri candentis elevationem praecipere potuisset. Sicubi autem alter iudex vel alter executor in lite decidenda fungebatur, iam deerat occasio locusque provocationibus ad praecedentia testimonia. Altera causa est, libros notariales ob penuriam et magnum pretium membranorum tunc parvos exstitisse. Pagina quaevis vix 4—5 testimonia suscepit (prolixioris litis enarratio sola totam paginam vel integrum folium postulavit) sicque allusiones difficultatibus obnoxiae erant, prior enim pagina vel praecedens folium innuendum fuisset. Hinc explicatur quoque, quare idem casus in duobus testimoniis nr. 75 (301) et 79 (305) adnotatus habetur? Descripsit iam notarius statim post exitum examinis ferri candentis hunc casum, sed elapsis aliquot diebus aut hebdomadibus, cum in pagina tunc usuali hunc casum non vidisset, putans, se oblitum fuisse, majoris securitatis gratia iterum descripsit non quidem tam accurate, quam prius, sed summatim, prout adhuc reminiscebatur.

Folia ergo dispersa libri discerpti in ordinem, quem olim habebant, redigere opus est.

Quae ergo sunt indicia, quorum ope agnoscimus, quo ordine haec folia dispersa se invicem excipiebant?

Primum indicium, praeter in registro ipso occurrentes et pretiosas designationes annorum, est contextus ipsorum testimoniorum. Tenue quidem et generale est hoc contexti monitum, at nec hoc spernendum. Hucusque e. gr. in testimonio nr. 150 signato legimus, furem quendam, nomine Masa, e page Sorou ortum, uxoremque necnon proles eius ab adversariis suis venditos fuisse 10. marcis pro mancipiis. — Longa serie postea e testimonio nr. 265

intelligere poteramus, cuius furti accusabatur fur ille Sorou, iam descripta poena mulctatus? et quomodo peccatum suum demonstrabatur? Cum tamen evidens est, accusationem et iudicium praecessise poenam?! adeoque dubio caret testimonium nr. 265 prius scriptum fuisse ac test. nr. 150. Recte ergo invertimus confusum ordinem et testim. nr. 265 praeponimus testimonio nr. 155 illudque nro. 26 hoc vero nr. 49 signamus.

Alterum, iam magni momenti indicium est, catalogus officialium minorum, in testimoniis memoratorum. Si catalogum hunc e testimoniis. prout hucusque prostabant, dispersis et confusis conficeremus, farraginem tam insulsam perplexamque adipisceremur, qualem nec respublica septies in anno mutationem guberniorum passa producere potuisset. Appareret tunc e. gr. comitem curialem comitatus Szolnokiensis fuisse uno momento: Tobiam (nr. 6. nunc 205) post Vitalem (nr. 13. nr. 264) iterumque Tobiam (nr. 61 nunc 230) dein Maurianum (nr. 95 nunc 283) tertiaque vice Tobiam (nr. 98 nunc 238), pauloque post denuo Vitalem (nr. 108 nunc 248). At, si testimonium ab hinc quintum aspicimus, in hoc iam quarta vice Tobiam offendimus. Ut quid confusio haec?! Nihil miraremur fors, si comes curialis electioni factiosorum hominum expositus fuisset, tunc enim utique res postulasset, ut comes curialis factionis suae victoria vel clade obtineret amitteretque munus suum. At bene scimus, comitem curialem simpliciter vicarium et velut oeconomum fuisse comitis ab eoque solo assumptum. Jam vero, si aliquem comes dimisit a servitio suo, altera vice vix eum recipit, eo minus quarta vice.

Si ergo haec farrago, haec confusio actu minime existere potuit et reipsa comites curiales aliique officiales minores tunc quoque ordinate sibi invicem succedebant, quid aliud est agendum, quam seligere testimonia regestri Varadinensis, in quibus idem comes curialis aut idem comes curialis simulque adiutor suus: bilochus nomine iudicum instar memorantur? Sic enim nexus plurimorum testimoniorum simulque tempus, illudque exigui spatii, quo casus enarrati evenere, determinatur. Nam tempus, quo

officiales hi minores munere suo fungebantur, haud diuturnum fuit. Ipsi enim comites, a quibus deputati sunt, eotum rarissime 2—3 annis, eo minus longa serie annorum munus suum tenebant, nonnunquam vero post duo tresve menses iam valedicere cogebantur. Novus vero comes novos officiales constituit. Imo idem comes saepe suum substitutum mutare potuit illumque, cuius servitium displicuit, dimittere alterumque conducere illi ad lubitum erat.

Si tamen haec sola indicia nobis praesto fuissent, minime manus admovissemus digerendis chronologice testimoniis. Ut quid enim emolumenti est in immenso deserto sabuloso viam nonnullis aridis culmis arundinum monstrare? At pyramidum instar splendescit indicium tertium illudque invincibile: concentus archontologiae; idest, si non tantum nomina, sed etiam munera optimatum Hungariae in casibus regestri Varadinensis iudicantium atque optimatum in documentis nota temporis signatis memoratorum inter se conveniunt.

Casus in testimoniis regestri Varadinensis enarrati sunt eventus acerbae veritatis. Personae his in casibus iudicantes, accusantes, defendentes, poenam luentes erant membra, ossibus et carnibus praedita, eiusdem societatis, cuius membra etiam in scriptis magistratuum, proh dolor exiguo iam numero notis, seu in documentis memorantur. Documenta haec, etsi pluries non tam veraciter loquuntur, ut testimonia in regestro Varadinensi contenta (crudelia nonnunquam facta sine fuco narrantia), at chronologice praestant testimoniis, sunt enim nota temporis signata. E documentis ergo defigere prius oportet tempus muneris functi alicuius optimatis, hocque reperto reperimus etiam tempus casus in regestro Varadinensi contenti, in quo idem iudicat seu fungitur. Evidens namque est litem in testimonio reg. Varad. nr. 9 (prius 379) contentam a palatinoque et simul comite Posoniensi Bank decisam minime potuisse agitari v. gr. a. 1225. quo alter fuit Palatinus alterque comes Posoniensis. Annus 1213 et non alius fuit, quo haec lis agitata erat, nam testantibus documentis tunc fuit Bánk et palatinus et simul comes Posoniensis.

Omnino tale indicium tertium (concentus archontologiae) fuit exordium ratiocinationis nostrae in seligendis testimoniis huic vel altero anno adnexis. Eiusmodi indicium rite comparamus ferro aquae salsae immerso. Sicut enim salis crystalli ferro adhaerent, sic testimonio ope indicii tertii certe determinato, reliqua sive chronologice, sive iisdem rebus, sive alias affinia testimonia adiunguntur. Pluries quidem pro testimoniis integri anni unum solum tam evidens indicium habemus, sed hoc iam sufficit, nam ulterior determinatio temporis reliquis indiciis perfici potest. Id solum in hac determinatione cavendum, ne indicia minora alto supercilio contemnantur. Venator, cum de reperienda fera iam vulnerata agit, nihil curat parvitatem vestigiorum, haud cogitat de irrisione dubitantium et indoctorum, sed sequitur vestigia, attendit minutissima indicia, nonnunquam unicum pilum quoque, ne praeda frustretur. Nec nos curamus exilitatem indiciorum nonnullorum, dummodo veritas iis opitulantibus nobis pateat.

His praemissis progredimur iam ad ostendendum distinctim, quare testimonia regestri Varadinensis hoc ordine digessimus et quare haec designatis annis tribuimus? Complexum testimoniorum, cuidam anno adnexorum, fascem nuncupamus. Fasces plures e fasciculis testimoniorum, in editionibus prioribus hucusque dispersis et separatis, at eodem anno scriptis constant.[1]

Testimonia nr. 1—4 (prius 330—333) anno 1208 scripta.

His in testimoniis duo indicia temporis eaque apertissima reperimus. Primum in testimonio primo, alterum in quarto occurrit, suntque nomina iudicum, causas discutientium: Nicolaus comes curialis regis simulque comes Posoniensis, atque Petrus comes

[1] Linguae latinae gnaro facile patet, nos in hac elucubratione nonnullis verbis coarctatis brevitatis causa uti, et quidem test. = testimonium, testimonii vel testimonio, nro = numero. a. = annus anni vel anno, m. = mensis vel mense.

curialis reginae. Andrea II. regnante in Hungaria munere comitis curialis regis vir Nicolaus nomine solum annis 1208—10 fungebatur —. Certum tamen est eum penes principale munus a semestri secunda a. 1208 comitem Keveiensem[1] postea vero comitem Bihariensem egisse,[2] Punctum ergo temporis, quo comes curialis regis simulque Posoniensis erat, ad initium a. 1208 defigere oportet. Huic optime consonat functio Petri comitis curialis reginae, quippe, qui munus suum iam a. 1208 capessivit tenuitque usque initium a. 1210. Serius in secunda semestri a 1210, Nicolaus valedicens muneri suo principali iterum comes Posoniensis evasit. At testimonia 1—4 semestri huic tribuere haud licet, quia tunc Nicolaus iam non habuit Petrum in aula regia socium.[3]

Test. nr. 5—67 (5—19, 20—29, 30—36, 37—40, 41—46, 47—67, prius nr. 375—389, 259—268, 252—258, 269—272, 164—169, 143—163) scripta a. 1213.

Annus 1213. in regestro Varadinensis nullibi reperitur scriptus et tamen vix alius occurrit annus, cui determinando tanta, invincibilia indicia in testimoniis adessent.

Exordimur a causis in testimoniis nr. 9 (379) et 15 (385) contentis. In his causae iudex fuit Bank palatinus simulque comes Posoniensis, executor (voce barbara pristaldus) vero Lögér (Leger, Luger). Secundum pactum in test. nr. 15 (385) adnotatum reus nonnullas res die s. Georgio sacra restituere debuit. Evidens est ergo pactum hoc ante diem 24. mensis Aprilis initum fuisse, causamque in test. nr. 9 (379) narratam aeque paulo ante agitatam esse. Attamen initio anni 1212 Bánk palatinus non Posoniensis, sed Keveiensis comitis munus gessit, imo evictum est. eum post 7-am quoque diem Maii a. 1212 Palatinum simulque comitem

[1] Wenzel I. 325. XI. 95.

[2] Knauz. Mon. Strig. I. 992. Tkalčić: Mon. Eppatus Zagr. I. 20.

[3] Tkalčić: Mon. Epp. Zagr. I. 27. Starine. XXIII. 201.

Keveiensem fuisse.[1] Causas ergo ante 24. am Aprilis agitatas testimoniorum nr. 9 et 15, nonnisi anno 1213 tribuere possimus, cum tantum huius 1213. anni initio fuerit Bank palatinus simulque comes Posoniensis.[2]

Huic constituto apprime convenit nota chronologica test. nr. 8. (378). Causae in test. hoc memoratae iudex fuit Katapan episcopus Agriensis. († 1217) et rei promiserunt Varadini se Dominica «Reminiscere» accusatoribus satisfacturos. Dominica «Reminiscere» est secunda Dominica Quadragesimae semperque incidit in primum trimestre anni, ipsoque anno 1213 die 10-a. Martii celebrata est. Pactum ergo in test. nr. 8 adnotatum ante 10 diem Martii a. 1213. contigit seu revera tunc, quando Bánk palatini simulque comitis Posoniensis munere fungebatur.

His indiciis apertis ceu firmo fundamento innixi indubitanter asserimus, test. nr. 5—19 (prius 375—389.) omnia initio a. 1213 et quidem intervallo dierum 1-ae Januarii et 24-ae Aprilis registro ferri candentis illata fuise. Caeteroquin hoc etiam fasciculi huius inchoans testimonium nr. 5 (375) clare ostendit, prout et finiens nr. 19 (389) extra dubium ponit, nam causae in test. nr. 5 (375) contentae iudex Smaragdus post annum 1213 munere comitis Szolnokiensis fungi haud poterat (at anno 1213 eum hoc munus gessisse documentum quoddam tabularii Vesprimiensis Capituli innuit), causae vero test. nr. 19 (389) iudex Bánk post annum 1213 dignitatem palatini nunquam floruit.

In hoc ergo fasciculo 5—19, iam fixi temporis, reperimus comitem comitatus Bihariensis (e documentis quoque notum) nomine Mika vel Mike (Mica in test. nr. 19) eiusque comitem curialem ante 24-am Aprilis fungentem nomine Nevetlen (Nuetlen) in test. nr. 16 et 18.

Ulterius ergo progressi asserrimus, huius fasciculi continuationem esse fasciculum testimoniorum nr. 20—29 (prius

[1] F. Cod. Dip. III/1. 121—14.
[2] Wenzel VI. 358—60.

259--268) sicque hunc fasciculum quoque ad annum 1213 pertinere. Statim enim in test. nr. 20 huius fasciculi offendimus praenominatum Nevetlen comitem curialem Bihariensem, imo hic Nevetlen eundem executorem (pristaldem), Lucam nomine, mittit, qui iam in testimonio nr. 18 prioris fasciculi memoratur. Huic indicio consonant coeteri iudices causarum, nempe: in test. nr. 26 (265) Mika comes Bihariensis, in test. nr. 27 (266) Bánk palatinus, in test. nr. 28 (267) Smaragdus comes.

Quae simul sumta omne prudens dubium excludunt, ostenduntque hunc secundum fasciculum aeque a. 1213 scriptum fuisse. Huius fasciculi test. nr. 22 (261) iudicem agit Ágya comes Krasznensis, qui proin a. 1213 hoc munus gessit, propterea etiam test. nr. 29 (268) huic fasciculo et anno 1213 adiungendum erat.

In hoc secundo fasciculo, nimirum in test. nr. 26 (265) occurrit nobis alter officialis minor iamfati Mika comitis Bihariensis: Teke (Teka) bilochus. Quinimo hunc Teke bilochum iam test. nr. 24 (263) iudicem causae nominat penesque illum novum comitem curialem comitis Mike memorat, Paulum.

Cognitis iam novis officialibus minoribus comitis Bihariensis, a. 1213. fungentibus, fasciculi tertii, huc locati, tempus determinandum venit.

Hoc in fasciculo test. nr. 30—36 (prius 252—258) test. nr. 30 (252) memorat Simonem episcopum Varadinensem a. 1218 iam defunctum eiusque vicarium Ioachimum. A. 1213. hunc fasciculum scriptum fuisse statim subsequens test. nr. 31 (253) clare ostendit, Smaragdum comitem Szolnokiensem appelans. Sed neque a. 1213. prius haec testimonia registro illata esse. test. nr. 34 (254) evincit, nam in huius test. casu Paulus curialis comes Bihariensis et Teke bilochus iudices agunt, cum tamen primo trimestri a. 1213 adhuc Nevetlen comitis curialis Bihariensis munus gesserit.

Fasciculus quartus test. nr. 37—40 (269—72), parvus et in manuscripto regestri unum tantum folium vel fors unicam pagellam complens, facile a. 1213 adscribitur, nam in test. nr. 37

(265) comes curialis Bihariensis Paulus in test. nr. 40 (272) bilochus Bihariensis Teke nominantur.

Ad designandum tempus fasciculi quinti test. nr. 41—46 (prius 164—169) prae oculis habere oportet, altero dimidio a. 1213 comitem curialem Bihariensem, prout ex praemissis constat, Paulum et comitem venatorum regalem (ex test. nr. 33 = 255) alterum Paulum fuisse. Iam ergo in test. ingrediente huius fasciculi nr. 41 (164) reperimus Paulum uti comitem curialem Bihariensem, in test. nr. 44 (167) vero alterum Paulum idem munus comitis venatorum adhuc gerentem. Accedit, Paulo curialis comiti in iudicando adiunctum fuisse hoc in casu (nr. 41) novum bilochum Bihariensem Farkas nomine. Cum autem vidimus prius longiori tempore Teke nominatum hoc munere funxisse in subsequentibus vero haud vilipendendis argumentis docemur a. 1214 alium, Cibót (Cybout, Cyboud) nomine idem munus sustinere, spatium temporis, quo Farkas bilochum Bihariensem egit, rite functioni Teke et Cibót interjicere debemus.

Animadvertendum nobis adhuc est ex relationibus huius fasciculi, eundem Nevetlen, qui initio a. 1213 comes curialis Bihariensis fuit, secundum test. nr. 42 (165) mense Octobris eiusdem anni in vicino comitatu Zarandiensi aequale munus gessisse; porro test. nr. 44 et 45 (166—167) octava die mensis Novembris a notario registro illata fuisse. Proin casus in subsequentibus testimoniis memorati omnes inter 8. Novembris et 25 Decembris a. 1213 evenere.

Sextum seu ultimum fasciculum test. a. 1213 constituunt testimonia nr. 47—67 (143—163). Ingrediens tamen test. huius fasciculi (nr. 47 = 143) statim nobis difficultatem obtrudit, nam «Comam comitem de Zounuk» memorat, cuius in documentis coaevis nullum vestigium exstat. Sed observandum est, in regestro raptim scripto nonnunquam comites veros eorumque vicarios, scilicet comites curiales permutatos, prout et in nominibus propriis hic illucque defectus et naevos commissos fuisse. Ipsum argumentum litis scil. participatio damni illati, unam el dimidiam marcam

valentis in test. 47 (143) relatum innuit, hunc Comam seu rectius Cosmam comitem curialem solum fuisse, nam comites res maioris pretii iudicabant.

Amota hac difficultate statim apparet, plurima indicia esse in test. huius fasciculi, quorum nutu hunc fasciculum ultimo trimestri a. 1213 tribuere debemus. In test. nr. 48 (144). Servusdei uti comes curialis Kolosiensis nominatur, cum tamen a. 1214 alios his muneribus fungentes ostendemus. In test. nr. 50 (146), 51 (147), 53 (149), 57 (153) occurrentes Nevetlen uti comes curialis Zarándiensis, Mika, uti comes Bihariensis, Paulus, uti comes curialis Bihariensis, apte a. 1213. conveniunt. Minimeque repugnat huic, in casibus test. nr. 62 (158) et 64 (160) iam non Bánk palatinum, sed Nicolaum palatinum iudicasse, nam ipsa documenta evincunt Bánk ultimo trimestri a. 1213. munus suum amisisse eique Nicolaum successisse. Vidimus porro, test. nr. 32 (254) absque dubio ad a. 1213 pertinere. Secundum hoc test. nr. 32 (254) a. 1213 Christophorus fuit comes Kolosiensis, Igeben (Egeben) princeps exercitus, Isac centurio, Beda maior castri (Várnagy) Vadasa (Vodasa) praecipuus iobaginum. Et ecce! in test. nr. 61 (157) hi quinque iterum occurrunt iisdemque muneribus funguntur. Hoc utique facile intelligitur, si utraque test. nr. 32 (254) et 61 (153) eodem anno 1213 regestro illata sunt, difficulter tamen explicatur, si diversis annis haec testimonia tribuuntur, nam longo tempore nullam mutationem huic magistratui Kolosiensi contigisse, genio illius aevi repugnat. Quod caeterum plus est, omnino certa quoque indicia habemus in test. nr. 52 (148) et 56 (152), secundum quae hunc fasciculum ultra a. 1213 collocare minime licet. Lis enim test. nr. 52 (148) adhuc a Smaragdo comite Szolnokiensi deciditur, illa vero test. 56 (142) a Lothardo comite Szabolcsiensis. At constat, Smaragdum ultra a. 1213 munus comitis Szolnokiensis non gessisse, et initio a. 1214 iam Simonem, ergo non Lothardum comitem Szabolcsiensem egisse

Itaque fere aquas in mare fundere videmur, cum connexum

testimoniorum digestorum ad vivum exprimere cupiendo, etiam argumenta test. 26. et 54 paucis exponimus. Test. nr. 26. enarrat examen ferricandentis, quod venditionem rerum furtivarum monstravit a Masa, incola pagi Sorou peractam. Test. nr. 54 (150) continuationem huius casus refert, ubi legere possumus, infelicem Masam ab adversariis suis portatum fuisse ad iudicem, ut ceu culpae convictus suspenderetur. Attamen medio itinere Masa elapsus ad ecclesiam oppidi Bihar fugit. Hinc adversarii sui eum interficere nequibant quidem, sed vendere eum poterant unacum familia sua pro mancipiis. Et revera vendebant eum, uxorem suam, tres filios et 2 filias suas decem marcis domino Absoloni. Hic vero hanc pecuniam coram canonicis Varadinensibus, centurione Bihariensi, Caesare, aliisque jobbagionibus (contribulibus) Bihariensibus solvit. Inter examen ferri candentis infelicis Masa, eiusque fugam, porro inter venditionem pretiique solutionem ad summum aliquot menses elabi poterant. Unde sicut test. nr. 26 certo a. 1213 registro illatam est, sic etiam test. nr. 54 eodem anno adnotatum est.

Test. nr. 68—111 (68, 69—73, 74—103, 104—107, 108—111 prius 374, 295—299, 300—329, 287—290, 170—173) scripta a. 1214.

Fascem huius anni, ut videre licet, test. nr. 68 et quatuor fasciculi constituunt.

Testimonio nr. 68 (374) ipse notarius Capituli Varadinensis adscripsit annum. Quare hic diligentior in figendo tempore ac alias fuit, facile liquet argumentum huius test. intuenti. Etenim hoc test. non de exitu examinis ferri candentis agit, ut praemissa testimonia, sed de simplici venditione terrae distinctae. Unde haec adnotatio haud inter caetera testimonia examinis ferri candentis, stricto ordine se invicem excipientia, relata est, sed verosimiliter distinctae pagellae inscripta adeoque nota temporis praedita fuit.

Cum autem sic nexus inter test. nr. 68 caeteraque nr. 69—

111 detegi nequit, horum tempus aliunde nobis determinandum erat.

Indicium certum et evidens anni 1214 non in primo, sed in secundo fasciculo nr. 74—103 (300—329) reperimus. Etenim referente test. nr. 600 (326), hoc in casu Salamon comes Bácsiensis iudicabat. Hic autem solum a. 1214. comitis Bácsiensis munus gessit.

Sic pedem figendo, si transcurrimus test. huius secundi fasciculi, catervatim nobis occurrunt indicia temporis, quae cum documentis et testimoniis, prius a. 1213 iam digestis, coniicere possumus. Sic test. nr. 89, 95, 103 referentibus Nicolaus fuit eo tempore palatinus, secundum test. nr. 73, 86, 87, 97, 101. Mika fuit comes Bihariensis, secundum test. nr. 85, 92, 96, 97, et 102 Paulus fuit comes curialis Bihariensis, referente vero test. 83 Nevetlen fuit comes curialis Zarándiensis. Aequale munus, prout in test. nr. 71, 81 leginus, in comitatu Kraszna Topa gessit. Iam vero documentis testantibus a. 1214 revera Nicolaus munera palatinatus fungebatur (a. 1215 iam non) et Mika comitem Bihariensem egit. E. test. nr. 37, 42, 52 aeque certum est Paulum, Nevetlen et Topa ultimo trimestri a. 1213 praefata munera gessisse adeoque consentaneum est, si primo semestri a. 1214 eos iterum offendimus. Nam sic tantum munera sua ulterius continuarunt. E contrario aliis annis eos iterum iisdem muneribus fungentes reperire genio illius aetatis, repentinis mutationibus assueto, minime respondet.

Obiicere quis posset functionem Nicolai palatini haud esse indicium evidens a. 1214, nam annis 1219—22 et 1226 denuo vir Nicolaus nomine dignitate palatini floruit. Atqui unacum Nicolao palatino in test. nr. 89, 95 et 103 nominato occurrit in test. nr. 97 (323) Simon episcopus Varadiensis. Simonis episcopatus Varadiensis a. 1218 desiit,[1] ergo Nicolaus hic, qui eodem tempore ac Simon fungebatur, nemo alter, quam qui 1213—14 palatini munus gessit, erat.

[1] Bunyitay: A váradi püspökség tört. I. 94.

Test. nr. 81 (307) huius secundi fasciculi (test. nr. 74—103 = 300—329) certiores nos reddit de mense a. 1214, quo casus in his testimoniis adnotati evenere. Hoc enim test. nr. 81 notarius post Dominicam «Respice» idest post diem 8-am m. Iunii regestro intulit.[1] Casus ergo in test. nr. 74—104 relatos mense Iunio aut ad summum intervallo dierum 15-ae Maii 15-ae Iunii accidisse, perspicuum est.

In fasciculo test. nr. 74—103 (300—329), sic chronologice stabilito, reperimus comitem Szatmáriensem, Vingyiszló (Viszló = Venceslaus) nómine atque comitem curialem Szolnokiensem, Pris seu Pers. (test. nr. 91, 77, 84). Scire vero, hos viros anno 1214 munera sua gessisse, ut mox videbimus, perutile nobis est.

Hoc enim statim ostendit nobis tempus fasciculi primi test. nr. 69—74 (295—299). Nam in casu test. nr. 69 Vingiszló comes Szatmáriensis iudicem egit, in casu vero test. nr. 70 Nevetlen comes curialis Zarándiensis. Iam autem fasciculus secundus a. 1214 (nr. 74—103) extra dubium ponit, viros Vingyiszló et Nevetlen haec munera a. 1214 gessisse. Proinde minime temerarium quid, sed veritati consentaneum est fasciculum nr. 69—73 (295—299) quoque anno 1214 tribuere fasciculoque secundo nr. 74—103 praemissum asserere. Nota etiam diei. in hoc fasciculo primo contenta auxilium nobis praebet ad hunc nexum stabiliendum. Facile enim patet cuilibet intuenti testimonia huius primi fasciculi nr. 69—73 a notario post expletam hebdomadam Dominicae «Exaudi» registro inscripta fuisse (vide nr. 69, 71). Anno autem 1214 hebdomada Dominicae «Exaudi» die 18-a Maii finita est. Vidimus porro test. nr. 81 fasciculi secundi post 8-am diem Iunii scriptum fuisse. Cum ergo fasciculus nr. 69—73 testimonia mense Maio, fasciculus vero nr. 74—104 testimonia mense Iunio inscripta contineat, sponte sequitur fasciculum nr. 69—73 fasciculo nr.

[1] Minime latet nos, duas Dominicas initiali voce «Respice» signatas esse. At si notarius secundam (a. 1214 in diem 17-a Augusti incidentem) intelligi voluisset, luculenter hoc nobis notum reddidisset.

74—104 praecessisse non inopinate, sed quia uterque fasciculus anno 1214 fere diarii instar scriptus est.

Stabilito tempore fasciculorum test. nr. 69—73 (295—299) et 74—103 (300—329) habemus regestri Varadinensis maximum cohaerensque segmentum. Triginta quatuor casus exitusque examinis ferri candentis in hoc segmento non interrupta serie enarrantur, quod in testimoniis aliorum annorum minime experire licet.

Restant adhuc fasciculi test. nr. 104—107 (287—290) et 108—111 (170—173) determinandi.

Annum quo testimonia horum fasciculorum scripta sunt, produnt casus in test. nr. 104, 108, 109, 110 et 111 enarrati. Hos enim Paulus comes curialis Bihariensis et quidem nunc singulariter nunc cum bilocho Cibót discutiebat. In casibus test. nr. 104 et 110 etiam executor causae idem erat, nempe Aracsi, pagi Bojt incola (Orochi de villa Boctu). Paulus et Cibót fine anni 1213 simul occurrunt et a. 1214 quoque, fasciculo secundo nr. 74—103 testante, munera sua gesserunt. In test. nr. 107 memoratur Ladislaus, qui eo tempore comitem venatorum bubalorum egit. Haec mentio aeque congruit a. 1214, nam a. 1213 adhuc Paulus hoc munere fungebatur, anno autem 1217 hic Ladislaus iam magister agazonum reperitur, maiora posthaec munera, adepturus. Si ergo test. nr. 107 ad annum 1214 collocamus hoc curriculo vitae magnatis huius Ladislai apte convenit.

E test. nr. 105 stabilire etiam possumus casus in his fasciculis contentos post completam hebdomadam Dominicae «Ecce Deus» idest post 26-am diem Iulii a. 1214 adnotatos fuisse. Recte ideo oportuit fasciculum test. nr. 104—107 (prius 287—290) fasciculis nr. 69—73 (295—299) et 74—103 (300—329) post ponere, quamvis in editione principe inverso ordine praeponebatur, quia, ut ex praecedentibus patet, test. nr. 69—103 mensibus Maio et Junio, testimonia vero nr. 104—107 (287—290) mense Iulio a. 1214 conscripta sunt.

Testimonia nr. 112—151 (112—123, 124—137, 138—147, 148—151 = prius 174—185, 273—286, 191—200, 291—294) a. 1215 cripta.

Ut patet, fascis testimoniorum huius anni e quatuor fasciculis dispersis coaluit.

Primi fasciculi test. nr. 112—123 (pr. 174—185) tempus test. nr. 112 (174) et 114 (176) statim evincunt. Nam testimonium nr. 112 post completam septimanam Dominicae Exurge (seu Sexagesimae) adeoque mense Februario vel ad summum initio mensis Martii regestro illatum fuit iudicemque litis hic descriptae Alexander comes Novi Castri (Abaujvár), illius vero in test. nr. 114 descriptae Christophorus prius comes Colosiensis, tunc vero Szolnokiensis egit. Haec indicia aperte monstrant, hunc fasciculum non esse scriptum a. 1216 quia tunc Alexander comes Novi Castri iam non erat, sed nec a. 1214 scribi potuisse, quia Christophorus a. 1214 comitem Szolnokiensem agere non poterat. Anno ergo 1215 tribuere oportet hunc fasciculum et quidem, testante hebdomada in test. nr. 112 (174) adnotata, quae a. 1215 die 28-a Februarii finita est, initio m. Martii a. 1215. Concordans huic anno etiam test. nr. 115 (177), 119 (181), 121 (183) et 122 (184), quorum causas Paulus comes curialis Bihariensis, Vingiszló comes Szatmáriensis et Mike comes Bihariensis iudicant. Hi, ut vidimus, a. 1214 revera memoratis muneribus fungebatur, adeoque, si initio m. Martii a. 1215 eos denuo conspicimus iudicantes, hoc tantum, prout natura rei fert, continuatio munerum suorum erat.

Fasciculum secundum test. nr. 124—137 (273—286) a. 1215 tribui oportere, extra dubium ponit causa test. nr. 134 (283), quam Simeon Vajvoda Transsylvanus discutiebat, solummodo a. 1215 hoc munere fungens. Huic indicio apprime consonant caetera quoque vestigia hoc in fasciculo occurrentia. Sic in causa test. nr. 125 (274), exeunte Iunio scripti, iam Demetrius comitem curialem Bihariensem Topsa vero bilochum agebat, cum constet

iam nobis toto anno 1214 imo etiam initio m. Martii a. 1215 Paulum hoc munere comitis curialis Bihariensis funxisse. Nunciante test. nr. 135 (284) Salamon tunc comitis Nitriensis munus gessit, atqui documenta monstrant, a. 1216 iam Thomam Szentgyörgyi comitem Nitriensem egisse, adeoque fasciculum hunc neque posteriori, quam 1215, anno tribui posse. Caeteri quoque viri fungentes velut comites Mike et Hém (Mika et Heim), oeconomus Episcopi Varadiensis, Ioachim, a. 1215 minime repugnant, imo clare concordant.

Lubet adhuc attentos facere lectores, testimonia huius fasciculi nr. 133—136 (282—285) insimul post completam hebdomadam Dominicae «Dominus fortitudo» idest post decursum dierum 19—25 m. Iulii a. 1215 et ante 20-am diem Augusti eiusdem anni regestro illata esse.

Operae pretium porro est notare, in huius secundi fasciculi nris 127, 128, 136 novum comperiri comitem curialem Szolnonikiensem, nomine Angelum. Praecedenti anno 1214, ut vidimus, alius, Pers aut Pris nuncupatus hoc munere fungebatur. Exiguum quid fors videtur hoc stabilire, at statim patebit, hoc indicio adiuvante ulterius in defigenda chronologia regestri nostri progredi posse.

Ad stabiliendum annum fasciculi tertii test. nr. 138—147 (191—200) primo indicia remotiora. mox propiora nos inducunt. Ante a. 1222 hunc fasciculum conscriptum fuisse, test. nr. 142 (195) monstrat, cuius textus Reginaldum (Raynaldum) velut praepositum Varadinensem memorat, cum tamen a. 1222 episcopus Transsylvanus electus est. Test. nr. 144 (197) narrante episcopatum Varadinensem, cum fasciculus hoc scriberetur, adhuc Simon tenuit. Quia vero hic Simon a. 1218 obiit, testimonia huius fasciculi ante a. 1218 enata sunt. — Propiora tamen indicia in test. nr. 139 (192) et 143 (196) reperimus. Test. nr. 139 narrante Alexander comes velut iudex a rege specialiter missus sententiam fert. in causa habitatorum comitatus Szabolcsiensis. Facile liquet, hunc ideo Alexandrum in comitatu aliquo vicino munus gessisse.

Et recte quidem. A. 1215 idem adhuc ad gubernacula comitatus Novi Castri seu hodierni Heves et Abauj sedit, ergo rationi consentaneum erat. si causa eidem decicenda commendabatur. In causa autem test. nr. 143 (196) Angelus comes curialis Szolnokiensis iudicat, qui solum a. 1215 hoc munere fungebatur. Nulli ergo alio, quam a. 1215 hunc fasciculum tertium tribuere nos oportet.

Fasciculus quartus e test. nr. 148—51 (291—294) a. 1215 et quidem medio mense Novembri litteris adnotatus est. Annum ostendit test. nr. 148 (291) quo referente palatinum hunc Gyula egit a. 1215 tantum hanc dignitatem adeptus; mensis vero facile eruitur e test. nr. 151 (294), quod post completam septimanam Dominicae «Dicit Dominus» ergo post dies 15—21 mensis Novembris regestro illatum est.

Testimonia nr. 152—164 (232—244) scipta a. 1216.

Testimonio nr. 162 (242) huius cohaerentis fascis ipse notarius adscripsit annum 1216. E narratione totius causae etiam mensis inscriptionis detegi potest. Actor et executor (pristaldus) causae, testimonio referente, tota hebdomada Dominicae «Omnis terra» accusatos expectarunt, ac frustra. Hebdomada Dominicae «Omnis terra» anno 1216 in dies 17—23 mensis Ianuarii incidit. Post haec, seu post 23-am diem m. Ianuarii actor et executor iudicem idest palatinum Gyula adierunt eique absentiam accusarunt propalarunt. Palatinus nunc iam epistolam Capitulo Varadinensi direxit commendans, ut absentia accusatorum regestro examinis ferri candentis inscriberetur sicque damnatio eorum oblivioni eriperetur. Capitulum ergo tunc tantum, praecepto palatini intellecto et toto negotio perfecto, regestro seriem causae inferri iussit — Cogitemus casum maxime adversum, duabusque hebdomadibus indiguisse actorem et executorem, ut Varadino proficiscentes palatinum adeant, iterumque duabus, ut palatini epistolam Varadinum reportent. Sic quoque a die 24-a Ianuarii computando saltem 21-a Februarii Varadini comparuere, adeoque certum est,

hoc testimonium nr. 162 (242) mense Februario aut ad summum fine mensis Februarii regestro inscriptum fuisse.

E sorozat csakis az 1226—1231 és 1234—35 évekből való lehet, mert legtöbbnyire, nevezetesen a 372, 373, 374, 376, 378, 380 sz. esetekben László országbiró s egyszersmind bácsi ispán lát törvényt bennök. Egyéb éles korjelző nincs bennük, mert a 379 sz. esetben említett János váradi prépost, a 381 sz. esetben ítélő Bereczk váczi püspök mind az 1226—1231, mind az 1234—35 években bírták méltóságaikat.

Szerencsére a 376 (129) sz. eset napi kelettel is bír és a 377 (130) sz. eset II. András királyt biróként említi. A 376 sz. esetet szept. 29-én írta be a jegyző. Ebből tehát bizonyos, hogy e sorozat az évnek szept., okt., nov., esetleg decz. hónapjaiban II. András uralkodása alatt keletkezett. Ez az 1231 és 1235-ik éveket kirekeszti, mert 1231 őszén László már nem volt országbiró és 1235-ben is II. Andrásnak 1235 szept. 21-ikén bekövetkezett halála László országbiróságának végét szakasztotta.

Döntő körülmény e sorozat keltének megállapításánál az, hogy utána közvetetlenül 1235-iki esetek következnek még pedig évkezdő kelettel. Mivel ekként az 1235-iki sorozat első számát 1235 január elején, vagy a mi számításunk szerint 1234 decz. 25-én, az előtte levő sorozat utolsó számát pedig, mint bebizonyítók, novemberben, deczemberben írták, akkor teljességgel nincs semmi ok arra, hogy e sorozatok közt több évi (pl. 1230—1235) különbözetet tételezzünk föl. Inkább az a természetes, hogy e helyütt a lajstromnak 5—6 levele, esetleg 2—3 quaterniója egybefűzve került az 1550-iki másoló kezébe s így ő azt egyfolytában írta le. Ennélfogva az 372—382 sz. sorozatot 1234 végén keltnek s az 1235-iki sorozat közvetetlen előzőjének tartjuk.

383—389 (régen 136—142) számok 1235 elejéről.

E sorozat első számában évkezdő 1235-iki kelet van. A benne fölsorolt főtisztviselők: Benedek váradi püspök, Dénes nádor, István bihari ispán okleveleink szerint is mind viselik

hivatalaikat 1235-ben. Fölösleges volna tehát e sorozat 1235-iki keletkezését bizonyítgatni.

Csak azt jegyezzük meg, hogy a sorozat utolsó, 389 sz. esete nincs ellentétben az 1229-iki sorozat 361 (350) sz. esetével. A 361 sz. szerint 1229-ben már Mihály a váradi éneklőkanonok, a 389 sz. esetben azonban még említik azon Valerián éneklőkanonokot, a ki az 54 és 112 sz. szerint 1212—14-ben bírta e javadalmat. Ámde a 389 sz. korántsem mondja, hogy 1235-ben volt éneklőkanonok Valerián, hanem csak azt, hogy éneklőkanonok volt akkor, a mikor ő Agna szolgálót Barsa Herczeg (Hertwig) özvegyének eladta, pl. 1220-ban.

A figyelmes szemlélő észreveheti majd, hogy az ekként rendezett váradi tüzesvas-próbalajstromban az évek haladtával mindinkább szaporodnak a tüzesvas-próbával semmi összefüggésben sem álló, csupán polgári és vagyoni ügyek (rabszolgák fölszabadításai, ajándékozások, birtokcserék stb.). Még pedig hovatovább ér a lajstrom az 1235-ik évhez, annál terjedelmesebben és tüzetesebben vannak az ily ügyek leírva. Ellenben a bűnügyek, kivált a vaspróbával végződő ügyek fogynak úgy, hogy 1229-ben 15 eset közül csak hatszor rendelik el a tüzesvas-próbát, 1234-ben 11 eset közül csak kétszer, 1235-ben 7 eset közül egyszer sem. — Ekként aztán a tüzesvas-próbalajstrom lassan-lassan átalakul káptalani jegyzőkönyvvé (protocollummá) s megkezdődik az 1231-iki törvény értelmében a káptalanoknak hiteles helyi működése.

A tüzesvas-próbalajstrom volt tehát kiindulópontja azon nevezetes jogi intézménynek, a mely hazánkban a rendezett jogi és vagyoni állapotok megszilárdításán és fenmaradásán oly áldásosan századokon át működött: a káptalani és konventi hiteles jegyzőkönyvek vezetésének.

Tabella

ostendens testimoniorum fasciculos priori, confuso ordine.

Antiquus numerus	Annus, quo scripta sunt	Novus numerus
1— 12	1219	214—225
13— 28	1220	264—279
29— 34	1217	169—174
35— 38	1222	323—326
39— 45	1219	207—213
46— 49	1221	290—293
50— 59	1220	244—253
60— 91	1219	175—206
92— 95	1221	280—283
96— 98	1219	226—228
99—104	1221	284—289
105—109	1220	235—239
110—115	1219	229—234
116—120	1220	259—263
121—124	1220	240—243
125—135	1234	372—382
136—142	1235	383—389
143—163	1213	47— 67
164—169	1213	41— 46
170—173	1214	108—111
174—185	1215	112—123
186—190	1220	254—258
191—200	1215	138—147
201—207	1222	331—337
208—211	1217	165—168
212—227	1221	294—309
228—231	1222	327—330
232—244	1216	152—164

Antiquus numerus	Annus, quo scripta sunt	Novus numerus
245—251	1222	338—344
252— 58	1213	30— 36
259—268	1213	20— 29
269—272	1213	37— 40
273—286	1215	124—137
287—290	1214	104—107
291—294	1215	148—151
295—329	1214	69—103
330—333	1208	1— 4
334—344	1226	345—355
345—360	1229	386—371
361—373	1221	310—322
374	1214	68
375—389	1213	5— 19

Tabella

ostendens testimoniorum fasciculos ordine chronologico.

Nrus novus	Annus, quo scripta sunt	Nrus antiquus
1— 4	1208	330—333
5— 19	1213	375—389
20— 29	»	259—268
30— 36	»	252—258
37— 40	»	269—272
41— 46	»	164—169
47— 67	»	143—163
68	1214	374
69— 73	»	295—299
74—103	»	300—329
104 - 107	»	287—290
108—111	»	170—173

Nrus novus	Annus, quo scripta sunt	Nrus antiquus
112—123	1215	174—185
124—137	»	273—286
138—147	»	191—200
148—151	»	291—294
152—164	1216	232—244
165—168	1217	208—211
169—174	»	29— 34
175—206	1219	60— 91
207—213	»	39— 45
214—225	»	1— 12
226—228	»	96— 98
229—234	»	110—115
235—239	1220	105—109
240—243	»	121—124
244—253	»	50— 59
254—258	»	116—120
259—263	»	186—190
264—279	»	13— 28
280—283	1221	92— 95
284—289	»	99—104
290—293	»	46— 49
294—309	»	212—227
310—322	»	361—373
323—326	1222	35— 38
327—330	»	228—231
331—337	»	201—207
338—344	»	245—251
345—355	1226	334—344
356—371	1229	335—360
372—382	1234	125—135
383—389	1235	136—142

RITVS

EXPLORANDAE VERITATIS, QVO HVNGARICA NAtio in dirimendis controuersiis ante annos trecentos et quadraginta vsa est, et eius testimonia plurima, in Sacrario summi templi Varadien. reperta.

Colosuarii 1550.

AD LECTOREM.

ALEXANDER ille Magnus cum a patre adhortaretur, vt, cum et leuitate corporis, et velocitate pedum valeret, Olympiacis ludis stadium curreret, dixisse fertur, se id libenter esse facturum, si Reges certantes videret. Iulius vero Caesar primus Rom. Imperator, cum legeret res gestas illius Alexandri, collachrymauisse, dixisseque ad amicos: is cum hac esset aetate Darium vicit, mihi vero in hanc usque diem nihil est gestum: Et rursus cum iure dicendo Conventus circumiret Gadesque venisset, animadversa apud Herculis templum Alexandri imagine ingemuisse, et quasi pertaesum esse ignauiam suam, quod nihil tum a se memorabile actum esset in aetate, qua Alexander orbem terrarum subegisset. Cum itaque manifestissimum ac certissimum sit exemplis hominum ingenia magis moueri quam verbis, non solum plebeia, verum etiam excellentia, prudentiae plenum, honestum ac etiam vtile consilium esse iudico, quo Reuerendissimus Dominus F. Georgius Episcopus Varadiensis, regni Hungarie et Transsiluaniae Iudex generalis ac Locum tenens etc. exemplum seu ritum explorandae veritatis, quo nostra gens h. e. Hungarica ante annos trecentos et quadraginta Bela IV. Rege Hungariae, in controuersiis dirimendis vsa est vna cum certis eius testimoniis in Sacrario summi templi Waradiensi repertis, ac singulari diligentia collectis, bonaque fide descriptis, suis sumptibus typis excudi et in lucem edi curauit. Nam huius rei cognitio, cum ex ea facile intelligi potest prioribus temporibus quantum fuerit studium quantaue diligentia ipsorum Gubernatorum et Iudicum, ne secundum eos, qui iniustam habuissent causam, iudicaretur, praeterquam quod delectat, eciam monet omnes quidem homines cuiuscunque nationis, imprimis tamen nostrates (turpe est siquidem in re honesta maiorum non sequi studium)

vt in omnibus negotiis publicis et privatis, maxime autem in iudiciis forensibus, iustitiam amplectantur, et contra iniustitiam fugiant et detestentur: Et simul illos vanitatis arguit, imo conuincit, qui, quum nostram patriam nunquam viderint, nescio vnde, aut quorum sermonibus adducti, non dubitarunt etiam suis scriptis veluti Apollinis oraculum inserere, nostram gentem more ferarum et pecorum sine legibus, sine iudiciis, et sine disciplina vitam duxisse et ducere. At hii vel his testimoniis mendacii conuincuntur: quae satis superque declarant, eciam maiores nostros habuisse suas leges suaque iudicia, et quidem pro ratione gentis aspera et rigida. Nam nulla personarum habita ratione is, de cuius sermone dubitabatur, si res ita ferebat, Waradinum a suo iudice mittebatur: ibique inuocato diuini nominis auxilio, remotisque omnibus incantationibus compellebatur ferrum ignitum et candens manibus suis non attingere tantum, verum etiam gestare: idque ad sermonis sui veritatem explorandam. Nam si ferro illo gestato manus eius adurebantur, falsum dixisse iudicabatur: condemnabaturque; sin minus, verum: et iustificabatur.

Placet autem quibusdam, maiores nostros hoc genus examinis a suis maioribus accepisse. Nam dicitur apud illos Hungaros, quos adhuc Scythia, vetus nostrorum maiorum sedes alit, etiam hodie in tribunali, dum iudicia exercentur in caldario subiecto igne plumbum feruere: et in plumbum illud manus suas illos ingerere, quorum sermo in dubium vocatur: vt hac ratione sermonis exploraretur veritas. Illos itaque, qui amantes fuere veritatis, manus suas ex illo plumbo citra omnem offensionem educere, non secus atque ex aqua tepida: eos vero, qui anteposuissent vanitatem veritati, cum suae manus periculo. Mihi tamen aliunde hic mos explorande veritatis desumptus fuisse videtur: Nimirum ex illo ritu Iudaico, quo mulier ea, quae in suspicionem adulterii venisset, explorabatur. Nam apud Iudeos, si qua mulier in suspicionem iustam adulterii cecidisset, maritus eius accedebat ad iudices ciuitatis suae negotiumque ipsum illis proponebat. Illi vero mittebant eam cum testibus idoneis Ierosolymam ad summum consistorium, in quo septuaginta sedebant senes: Hi

primum terrebant mulierem, ne aquam maledictionis biberet et se mortis periculo exponeret, sed libere confiteretur crimen. Quae, si confitebatur delictum, non compellebatur ad bibendam aquam amaram et maledictam, sed egrediebatur absque liberis, sibique ipsi viuebat: Sin minus, ducebatur ad portam templi orientalem, statuebaturque a Sacerdote coram Domino, vt ab eo, nimirum Sancto et terribili perterrefieret et confiteretur delictum: mox, si sine confessione perseuerasset, circumastantibus mulieribus priuabatur omni ornatu, adeo etiam tegumento capitis. Deinde adiurabat eam Sacerdos his verbis: Si non dormiuit vir alienus tecum, et si non polluta es deserto mariti thoro, non tibi nocebunt aquae istae amarissime, et maledictae: Sin autem declinasti a viro tuo atque polluta es et concubuisti cum altero viro, det te Dominus in maledictionem et exemplum cunctorum in medio populi tui, et putrescere faciat femur tuum, et inflari vterum tuum: Ingrediantur aquae istae maledictae in viscera tua, ut intumescat vterus tuus, et putrescat femur tuum: Muliere autem dicente, amen, amen: Sacerdos scribebat verba adiurationis, siue verba Domini in schedam, et mittebat in aquam sanctam, quam ex labro in vas fictile acceperat, delens scripturam ipsam per aquam: et simul sumebat de puluere tabernaculi, et ponebat in illas aquas, in horrorem poculi, vna cum aliis rebus amaris, et porrigebat aquam illam amaram et maledictam mulieri illi ebibendam. Si itaque mulier illa, innocens fuit, aqua illa nihil nocebat, sed potius proderat: Nam a marito cognita concipiebat: et ex infirma valida fiebat: Sin vero nocens, mox ut ebiberat, venter intumescebat, et femur putrescebat, et moriebatur, vt Hebrei volunt, vna cum adultero.

Cum itaque caeremonia Candentis ferri, similis fuerit caeremoniae purgationis Zelotipiae, facile apparet, ritum hunc ex illo fluxisse, et a nostris maioribus ad dirimendas controuersias cum summo timore et diuini nominis reuerentia vsurpatum esse: efficacemque fuisse iuxta haec testimonia, non minus atque olim illam Zelotipiae purgationem diuinitus in populo Dei institutam.

At si quis obiiciat, hoc medium dirimendarum controuersia-

rum minus licitum fuisse: eo quod, vt Epistola ad Hebr. ca. 6. testatur, ad dirimendas controuersias diuinitus non ignitum ferrum sit institutum et propositum: sed vbi testes deficiunt, iusiurandum, in quo Dominus Deus, quem nihil latet, in testimonium adducitur: is, velim, cogitet primum, illo tempore nostram gentem, cum non ita pridem ad Christianismum conuersa fuerat, quaedam eorum, quae voluntatis erant diuinae, ignorare potuisse. Deinde hunc ritum hodie nemini obtrudi, nec hoc consilio eius exemplum proponi, vt quis hunc aut similem ritum extra verbum Dei vel imitetur, vel tentare audeat: Sed, ut hinc partim etiam apud ceteras nationes innotescat, nostram gentem inde ab initio suas habuisse leges, suaque iudicia: et idciro eam falso traduci, quod nulla sit in ea politia, nulla legum et iudiciorum obseruatio, nulla sontium et maleficiorum legittima vltio: partim, vt cognoscatur, maxime autem a nostratibus, quales fuerint olim administratores Reipublicae in nostra gente, quantaque cura et sollicitudine cauerint, ne iustam habentes causam causa caderent iniuriaque afficerentur. Nam, etsi verbum caelestis Patris non tam clare sonabat ob iniuriam temporis in auribus illorum atque in nostris hodie sonat: tamen vel ipsa natura duce optime nouerant, citra omnem personarum respectum secundum illos dandum esse iudicium, qui bonam et iustam haberent causam.

Non video igitur cur studium illud non sit laudandum, ac eciam admirandum: cum et hodie, quae est hominum peruersitas, optandum esset, si citra offensionem diuinam fieri possit, vt simile quiddam iudiciis ipsis adhiberetur, quo sontes ab insontibus et causam iustam habentes, ab his, qui iniustam habent, secerni et internosci possint. Nam sic minus esset et foret iniuriarum, minus oppressionum, minus etiam querelarum de iudicibus, iudiciis, de testibus, et sententiis: Non tantum invidiarum, non tantum odiorum, nec insidiarum tantum. Nam, cum omnes fere homines fascinati sint Stoicis opinionibus, mira est paucitas eorum, qui sibi persuasum habeant, non nisi diuina voluntate aut permissione fieri ea, quae fiunt: causasque secundas ab ipso Domino Deo pro sua

voluntate et iudicio gubernari. Non est igitur, lector optime, cur hoc consilium, quo hoc exemplum explorandae veritatis eiusque testimonia edita sunt, naso suspendas adunco. Quamuis non est, quod quenquam id facturum timeam: quum id fieri non possit, nisi ab eo, qui studium falsitatis studio veritatis anteponere, et exempla, quae hominibus instar stimuli ad amplectandam veritatem esse possint, e medio tollere velit. Vale bene et foeliciter: Colosuarii Pridie Idus Maii.

Anno Christi Domini seruatoris nostri

M D L

TYPOGRAPHVS LECTORI S.

Errata, quae inter imprimendum irrepserunt, candide lector pro tua prudentia atque eruditione facile emendabis. Haud enim fieri potuit, cum ex antiquo exemplari hoc nostrum deprauatissime et interdum sententiis mutilatis descriptum fuerit, quin quaedam leuiuscula committerentur errata. Praecauimus autem studiose, ne a nobis ullum verbum, quod in exemplari scriptum fuit, omitteretur, aut adderetur, aut quicquam immutaretur. Eam ob rem si te quaedam, precipue vero genus stili, offenderint, quoniam, vt te praefatio docet, vetustiora sunt, nobis non imputabis, sed amice pro tuo candore ignosces et sine aliquo terrore ac fastidio leges alias nostram in excudendo diligentiam abunde conspecturus. Vale.

Sequitur Benedictio Episcopalis, super nouum ferrum ad manifestandum verum Iudicium preparatum.

Oratio.

Benedic domine Pater, omnipotens eterne Deus, per inuocationem sanctissimi nominis tui et per adventum Unigeniti filii tui, Domini nostri Iesu Christi atque per donum Spiritus sancti, ad manifestandum verum iudicium tuum, hoc genus metalli, vt sit sanctificatum et consecratum, vt omni demonum falsitate procul remota, fidelibus tuis veritas veri iudicii tui manifesta fiat, per Dominum nostrum Iesum et. c.

Oratio.

Deus Abraam, Deus Ysak et Deus Iacob, Deus omnium bene viuentium, Deus origo et manifestatio omnis iustitiae, qui solus est iustus iudex, fortis et patiens, dignare exaudire nos famulos tuos orantes ad te pro benedictione huius ferri. Vnde rogamus te Domine, iudicem vniuersorum, vt mittere digneris sanctam et veram benedictionem tuam super hoc ferrum, vt sit refrigerium illud portantibus, et habentibus iustitiam et credentibus in tuam iustitiam et fortitudinem. Et sit ignis ardens iniquis et facientibus iniqua, et sperantibus in iniustitia sua et pompa diabolica. Conuerte domine incredulitatem iniustorum per virtutem et benedictionem tuam et per inuocationem sanctae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Et mitte in hoc ferrum vim virtutis ac veritatis tue, vt in eo semper, per misericordiam et veritatem tuam, verissima iustitia, que tibi soli cognita est, fidelibus tuis, ad emendationem iniquorum, manifestissime declaretur, de quacunque questione ratio fuerit agitata, et nullam potestatem habeat diabolica virtus veritatem tuam aut occultare aut deprauare, sed sit seruis tuis in monimentum fidei, ad credulitatem, diuine maiestatis tue, ad certificationem misericordie ac verissime tuae veritatis, per Dominum.

Tunc aspergatur ferrum aqua benedicta,
et dicat Episcopus.

Benedictio Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super hoc ferrum ad discernendum iudicium dei. Amen.

Sequitur benedictio ad locum, vbi ignem accendere et consecrare debent.

Benedic Domine per inuocationem sancti nominis tui, hunc locum, ad manifestandum verum iudicium, vt omni demonum falsitate procul remota, fidelibus tuis, veritas iudicii tui manifesta fiat, per Christum dominum nostrum. Amen.

Benedictio ignis.

Domine sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, benedic hunc ignem, quem in nomine filii tui, domini nostri Jesu Christi, et Spiritus sancti benedicimus et sanctificamus. Qui viuis et regnas.

Sequitur missa iudicii candentis ferri.

Introitus.

Iustus es Domine et rectum iudicium tuum, fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam. *Versiculus.* Beati inmaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Gloria patri etc.

Oratio.

Actiones nostras, quesumus domine, et aspirando preueni, et adiuuando prosequere, vt cuncta operatio, omnis oratio et a te semper incipiat, et per te cepta finiatur, per Dominum. etc.

Lectio Esaie Prophete.

In diebus illis: Locutus est Esaias Propheta dicens: Querite dominum, dum inueniri potest, inuocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et reuertatur ad dominum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.

Graduale.

Custodi me Domine, vt pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege me. *Ver.* De vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant equitatem. Alleluia. Deus iudex iustus, fortis et patiens, numquid irascetur per singulos dies. Alleluia.

Euangelium secundum Marcum.

In illo tempore respiciens Jesus in discipulos suos, ait illis: Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollere, et mittere in mare, et non hesitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quecunque orantes petitis, credite, quia accipietis, et fient vobis.

Offertorium.

De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam.

Secreta.

Omnipotens sempiterne Deus, qui non sacrificiorum ambitione placaris, sed studio piae deuotionis intendis, da famulis tuis, fidem rectam, spem inconcussam, et cor mundum, vt fides hec tibi dona conciliet, et humilitas commendet. per etc.

Communium.

Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis.

Tunc communicet sacerdos criminatum seu accusatum his verbis.

Corpus domini nostri Jesu Christi sit tibi hodie ad comprobationem veri iudicii. Amen.

Oratio post communionem.

Fideles tuos Deus perpetua dona confirmet, et vota nostra, que preueniendo aspiras, etiam adiuvando prosequere. per Dominum. etc.

Perata missa pergat sacerdos, cum cruce, et aqua benedicta, et plebe ad locum, ubi probatio fieri debet. Imprimis dicantur Septem Psalmi poenentiales, cum letania, in qua interserantur hi duo versiculi.

Vt iustitie non dominetur iniquitas, sed subdetur nunc et semper falsitas veritati tuae. *Responsorium.* Te Rogamus audi nos. Vt verum iudicium hodie nobis manifestare digneris. R. Te rog. Agnus dei. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison x. k.

Postea dicantur orationes ad ferrum.

Benedic domine Sancte pater, per inuocationem sanctissimi nominis tui et per aduentum vnigeniti filii tui domini nostri Jesu Christi, atque per donum Spiritus sancti ad manifestandum uerum iudicium tuum hoc genus metalli, vt sit sanctificatum et consecratum ad manifestandum verum iudicium tuum, vt omni daemonum falsitate procul remota fidelibus tuis veritas veri iudicii tui manifesta fiat, per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. Amen.

Alia oratio.

Deux iudex iustus, qui autor pacis es, et iudicas aequitatem, Te suppliciter exoramus, vt hoc ferrum ignitum, ad iustam examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam, benedicere et sanctificare digneris. Ita, vt si innocens sit homo iste de praenominata causa, vnde purgatio querenda est, hoc ferrum ignitum cum manu acceperit, illesus appareat, et si culpabilis sit, iustissima sit ad hoc virtus tua, vt in eo veritas declaretur, quatenus iustitiae non dominetur iniquitas, sed subdatur semper falsitas veritati. per Christum.

Alia oratio.

Omnipotens Deus, te suppliciter rogamus pro huius negotiis examinatione, quam modo inter nos ventilamus, vt iustitie non dominetur iniquitas, sed subdetur semper falsitas veritati, et si hanc praesentem examinationem aliquis per aliquod maleficium aut per herbas tegere et impedire voluerit, tua sancta dextera, iustissime iudex, euacuare digneris per Dominum nostrum.

Tunc aspergatur ferrum aqua benedicta.

Benedictio Dei, Patris, et Filii, et Spiritus sancti, descendat super hoc ferrum ad manifestandum verum iudicium, Amen.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui tua iudicia, incommutabili dispositione, iustus ubique iudex discernis, tu clemens in hoc tuo iudicio, ad inuocationem sancti tui nominis, quod a te fidelium intentio deplorat, tua iustissima examinatione declara, per Dominum.

Alia oratio.

Deus iudex iustus, fortis et patiens, qui sedes super thronum, et iudicas aequitatem, quoniam iustus es et rectum iudicium tuum, Deus, qui Susannam de falso crimine liberasti, et tres pueros Sydrak, Misach et Abdenago de camino ignis ardentis per sanctum angelum tuum illesos eduxisti, quique per aduentum Unigeniti tui filii, domini nostri Iesu Christi, mundum saluasti, et per eius passionem humanum genus redemisti, Deus, pacis amator et auctor, qui respicis terram et facis eam tremere, respice, quesumus, ad fidem et preces supplicum tuorum, qui querimonie suae causas ad tui iudicii examinationem deferunt, et super hoc ferrum igne candens, ad dissoluendas eorum lites, gratiam tuae benedictionis infunde, vt per illius ministerium et iustitia patefacta clarescat, et iniquitas victa succumbat. Tuam ergo omnipotentiam Domine supplices deprecamur et mente devota fideliter imploramus, vt sicut olim supra memorati pueri de succensa fornace illaesi tua sunt dextera liberati, ita quicunque innocens de hoc crimine, vnde

nunc iudicium agitur, in hoc ferrum igne candens manum miserit, sanam inde atque illaesam, tua adiutus invicta potencia, reducat, nec habeat ignis virtutem laedendi in eius corpore, quem de consensu huius facinoris conscientia non accusat in mente. Ita etiam dominator Domine, quicunque culpabilis, incrassante diabolo, cor habens induratum, maiestatem tuam tentare, et male sibi conscius, hoc ferrum ad tui iudicii examinationem paratum manu sua attingere praesumpserit, aut per aliqua maleficia, vel herbas diabolicas se tueri, et crimen suum celare, fidemque credentium illudere tentauerit, tua Domine, quaesumus, inuicta veritas, per virtutem sancte crucis tue, quam apponimus, hoc totum euacuet, et manifesto vstionis signo occulti facinoris crimen detegat, vt reus hic per poenitentiam correctus in futuri iudicii tui examine a culpa inueniatur penitus absolutus, per Dominum etc.

Postea communicet eum sacerdos
his verbis.

Interdico tibi o homo, coram omnibus astantibus, per Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, et per tremendum diem iudicii, per ministerium baptismatis et per venerationem omnium sanctorum, vt si de hac re culpabilis es, aut fecisti, aut sciuisti, aut baiulasti, aut consensisti, aut propter actam culpam denominatam sciens factoribus iuvisti, vt ecclesiam non introeas, Cristiane societati non miscearis, si reatum nolueris confiteri admissum, antequam iudicio examineris publico.

Tunc interrogetur sceleratus
a sacerdote his
verbis.

Frater, es iustus ab hoc crimine, de quo accusaris? Respon. Iustus sum. Interrogetur, Mundus? R. Mundus sum.

Tandem accusatus accipiat
ferrum ignitum, hec verba
sequentia dicendo.

Per illud corpus Domini nostri Jesu Christi, quod hodie sumpsi, non confidens in ullum maleficium, nec in virtutibus herbarum accipio hoc ferrum.

Finis.

Impressum Colosuarini per
G. H. Anno salutis
humanae. 1550.

TESTIMONIA REGESTRI VARADINENSI

ORDINE CHRONOLOGICO.

Annus 1208.[1]

1—4. (330—333.)

Numerus 1. (prius 330.)

Venatores bubalorum de villa Ypu,[2] citaverunt filios Gunter scilicet: Ananiam, Azariam et Missaelem, ante regem Andream, dicentes, quod terra nomine Deudas,[3] iuris eorum esset, et illi violenter occupassent; Rex autem commisit causam eorum Nicolao, comiti scilicet curiali et Posoniensi discutiendam. Ante quem praedicti venatores se recognoscentes, confessi sunt, se praefatos fratres de terra illa iniuste impetiisse. Iudex itaque dato pristaldo nomine Topazio, de villa Satar,[4] praedictam terram metari fecit

[1] Monitum. Notae compendiariae editionis principis in hac editione chronologice digesta dissolutae mendaque aperta emendata sunt, nominibus propriis tamen intacte relictis. Sed et ubi errata correximus, lectiones editionis principis inter caereras observationes exhibemus.

In explicationibus nominum locorum has regulas prae oculis habuimus. Litera *s* in regestro saepe, litera autem sh fere semper significat sonum, quod nunc litera cs notamus. Consonans *n* temporc currente in nominibus locorum in consonantem *l*, consonans autem k (c), ch vel h ante alios consonantes in consonantem *j* mutatus est. Litera *u* orthographia aevi regestri Varadinensis sonos etiam o, ó, et ü notabat. Porro, quamvis nomina locorum in editione principe sat integre exhibentur, nonnunquam tamen loco literae z errore scribae aut typi litera *h*, loco literae t litera *c* et e contrario, loco syllabe nu, syllaba *mi* occurrunt correctioneque cauta indigent.

[2] Hodie Ipp, pagus in comitatu Szilágy alias Kraszna. Vide inferius numerum 60.

[3] Hodie Dédács, praedium pago Lecsmér adiunctum in comitatu Szilágy alias Kraszna.

[4] Hodierna orthographia Csatár.

et iam dictis fratribus confirmari. De terra autem eadem habet Iacob, filius Opsa, ius unius funiculi ad dimidium aratrum.[1] Ut autem executio huius causae sciatur a posteris, idem iudex eodem pristaldo misso et litteris, coram Mert, decurione illorum venatorum, Capitulo Waradinensi fecit seriem huius causae praedicto ordine contestari.

Nr. 2. (331.)

Simon de villa Siptul,[2] impetiit Medeum, Forcasium et Ludugerum, de villa Botcu,[3] dicens, quod duas pedisequas eius, scilicet Mariam et Daragam, et octo boves aratores et triginta oves et unum equum violenter ei abstulissent. Tumpaica curialis comes preconum regis, ablata decem marcis appretians, misit illos per pristaldum nomine Duntia de villa Chegyen[4] ad iudicium ferri candentis Waradinum; ubi taliter convenerunt, quod Medea, Forcasius et Ludugerus darent Simoni marcam et fertonem, et iidem iudici satisfacerent, partem autem pristaldi Simon persolveret.

Nr. 3. (332.)

Cupes de villa Neueg,[5] impetiit convillanum suum, dominum Buhus de tribus fertonibus, iudice Apa comite,[2] pristaldo Peta de

[1] Funiculus significat ius ususfructus agri communis cuiusdam pagi, aratrum vero significat modum huius agri, iugera 80—120 complectentem. Iacobus ergo dimidii agri iure fruebatur. (Azaz, a falu közös földéből őt illető használati jog félekényi nagyságú földre terjedt ki. Egy eke föld 80—120 holdat tett ki. (Tagányi: A földközösség története Magyarországon.)

[2] Hodie, Septely praedium territorio oppidi Bihar-M.-Keresztes adiectum.

[3] Rectius Boctu. Hoc nomen serius Bohtu, Boht pronuntiabatur, nunc vero Bojt dicitur, est que pagus in comitatu Bihar, haud procul a Septely situs. Vide inferius nr. 104, 110.

[4] Hodierna orthographia Czégény, olim fuit pagus circa hodiernum oppidum Balmaz-Ujváros in archidiaconatu Szabolcsensi Vide: Csánki: Magyarország történelmi földrajza a Hunyadyak korában. I. p. 606. Inferius nr. 13, 92, 96.

[5] Hodie Nyüved, pagus in comitatu Bihar, ab oppido Bihar septentrionem versus.

praedicta villa. Buhus autem cum ferrum portare deberet, posuit Corpus Domini de ore in manum, et reus est ob hoc iudicatus.

Nr. 4. (333.)

Antoneu, ioubagio de Nouo Castro, impetiit Laurentium et Stephanum de Pou pro violentia et dampno septem marcarum, iudice Petro curiali comite reginae, pristaldo Acy, de villa Vsa. Homo itaque Anthoneu, portato ferro, combustus est.

Annus 1213.

(5—19. 20—29. 30—36. 37—40. 41—46. 47—67. (= 375—389. 259—268. 252—258. 629—272. 164—169. 143—163.)

Nr. 5. (375).

Abram de villa Kaba,[1] impetiit convillanos suos, scilicet Chekam et Modu, de furto, iudice Smaragdo, comite de Zounuc, pristaldo Som. Sed Cheka et Modu, portato ferro, iustificati sunt.

Nr. 6 (376).

Echy de villa Moyzun impetiit convillanos suos, scilicet Gyndus et Suncud de furto coram Zakeo, curiali comite de Doboka,[2] et idem matrem eorundem de veneficio, coram Ioanne Archidiacono, qui missi Varadinum per pristaldum unum nomine Adam, portato ferro, iustificati sunt. Matrem vero eorum praefatus Echy subterfugit, dicens se falso illam impetiisse de veneficio.[3]

[1] Olim pagus nunc vero praedium nomine Kis-Kaba ab oppido Kis-Ujszállás meridiem versus in comitatu Szolnok, serius Külső-Szolnok.

[2] Vide infra nr. 7.

[3] Hic igitur duo casus breviter coniunguntur.

Nr. 7 (377).

Erricus de villa Moyzun, impetiit dominum Sumhug, de furto, iudice Zakeo praedicto,[1] pristaldo Christophoro. Sumhug mundatus est.

Nr. 8. (378).

Vs Hodnogy impetiit Maraz, Stephanum, Albertum, Petrum, et Vz, de violentia, dicens se per eos septem plagis vulneratum, et quinquaginta marcas valens sibi esse ablatum. Quos Katapanus Agriensis episcopus ex mandato regis Andreae discutiens, ad candentis ferri iudicium, per pristaldum nomine Leus, de villa Scenues, misit Waradinum, ubi taliter convenerunt: quod praenominati adversarii darent Vs Hodnogii coram Capitulo Waradinensi in Dominica Reminiscere[2] decem et septem marcas, et iidem iudici et pristaldo satisfacerent, et si haec non facerent, portarent regale iudicium.

Nr. 9. (379.)

Buhus ioubagio castri Zathmar impetiit ioubagionem[3] de genere Cupulon,[4] scilicet: Crachinum de villa Malca, pro furto. Quos Banc, comes Palatinus et Posoniensis, discutiens ad Praudam per pristaldum nomine Luger[5] misit Waradinum; ubi Crachinus portato ferro iustificatus est.

Nr. 10. (380.)

Philippus de villa Vulchoi impetiit ioubagionem Stephani, filii Moruc, scilicet: dominum Tochi de tribus marcis. Quos

[1] Superius nr. 6.

[2] Idest die 10-a Martii.

[3] Hic aut e regestro aut ex editione principe quaedam nomina personalia exciderunt, nam vir e genere Cupulon, seu hodierna orthographia: Kaplyon simpliciter ioubagio (subditus) appellari haud potuit. V. test. sequens, ubi «iobagio Stephani filii Moruc scilicet dominus Tochi» legitur.

[4] Hodierna orthographia Kaplyon significatque genus, ex quo familiae Károlyi, Sztáray, Vetésy etc. ortae sunt.

[5] Infra nr. 16.

Christophorus curialis[1] comes de Clus, discutiens ad praudam per pristaldum, nomine Chepanum, misit Waradinum, ubi homo Philippi, nomine Geus, portato ferro pro domino suo, iustificatus est.

Nr. 11. (381.)

Mox, ioubagio Cosume, impetiit hominem Bartholomei, scilicet: dominum Sorlout pro uno equo, duas marcas valente, ut pristaldus dixit, quos Bosou, vice curialis comes de Zobolcz, discutiens ad praudam per pristaldum, nomine Micu, misit Waradinum. Ubi dominus Mox combustus est. Amen.

Nr. 12. (382.)

Sicu de villa Berceu,[2] impetiit convillanam suam nomine Benedictam, uxorem Vendeg, pro veneficio, iudice Beniamin vicearchidiacono, pristaldo Perta. Benedicta combusta est.

Nr. 13. (.)

Solomun de villa Achya impetiit convillanum suum, nomine Vendeg, de duabus marcis argenti et dimidia, iudice Beken, curiali comite,[3] pristaldo Ela.[4] Solomun, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 14. (384.)

Chekez, curialis comes Misca comitis, impetiit ioubagiones Iordani, filii Ilarii, scilicet: Tecum, Dedemerum et Sumpou de duodecim marcis, singulos de quatuor. Quos Iordanus discutiens

[1] Haec vox errore calami hic adscripta est, nam, uti ex test. nr. 32 (254) et 56 (157) patet. Christophorus reipsa comes Kolosiensis fuit, minime vero vicarius comitis Kolosiensis (curialis comes). Erratum eiusmodi manifestum infra in test. nr. 87 (313) quoque comperimus.

[2] Recte Berten nunc Birtiny pagus in comitatu Bihar ab oppido Élesd orientem versus.

[3] Secundum test. nr. 49 (145) erat curialis comes Kolosiensis.

[4] V. infra nr. 32.

ad praudam, per pristaldum, nomine Fyod, misit Waradinum. Ubi Tecus convenit dare adversario suo marcam unam, et idem iudici satisfacere, ita quod partem pristaldi Chekez persolveret. Dedemer autem mundatus est. Dominus vero Sumpou combustus est.

Nr. 15. (385.)

Kaluz, ioubagio Iohannis filii Absalonis[1], impetiit Zamam, vitricum Absalonis, dicens: quod uxorem suam et ancillam suam et vestes uxores sue vi abstulisset, iudice Banco comite Palatino, pristaldo Leger.[2] Cum autem ventum esset Waradinum, talis facta est inter illos conventio: quod Zama in festo Sancti Georgii[3] redderet adversario suo uxorem suam in fide Ade, filii Pata,[4] quod nihil mali inferretur mulieri illi, redderet et ancillam suam et tres vestes, et insuper unam marcam, idem etiam satisfaceret pristaldo, iudici vero Kaluz.

Nr. 16. (386.)

Honod impetiit servum Karoli, nomine Petrum, de villa Hot[5] pro furto, iudice Nuethlen curiali comite de Bichor et Marco biloto, pristaldo vero Stephano. Honod renuntiavit actioni, cum ventum esset Waradinum, dicens, quod falsa opinione ducta illum impetierat.

Nr. 17. (387.)

Seraphin de villa Kourongy[6] impetiit Farsiu, filium Petu convillani sui, de quatuor ovibus iudice Iula, filio Vate[7] domino

[1] Vide infra nr. 356, 365.

[2] Supra nr. 9.

[3] Idest d. 24-a m. Aprilis.

[4] V. Kubinyi: Árp. okl. I. 13. Infra nr. 110. Fratrem eius v. nr. 68 et 101.

[5] Hodie Hat pronunciatur, estque praedium in comitatu Bihar ab oppido Komádi occidentem versus. V. infra nr. 108, 353.

[6] Rectius Kourougi, hodierna orthographia Kórógy, eratque olim pagus in vicinitate oppidi Szilágy-Somlyó inter meridiem et orientem situs. V. Hazai Okmánytár (Cod. Patrius) VI. 90, 93.

[7] V. infra nr. 161 et 229.

eorum; pristaldo Dica. Taliter convenerunt: quod iudici, pristaldo, et loco simul satisfacerent, et domino ovium illarum etiam simul satisfacerent.

Nr. 18. (388.)

Agya[1] iobagio Cesari, filii Legi, impetiit Dominum Engues[2] de Kalatha[3] pro furto. Quos Nuethlen, curialis comes de Bichor discutiens ad praudam per pristaldum nomine Lucum,[4] de villa Lomb,[5] misit Varadinum. Ubi Engues iustificatus est.

Nr. 19. (389.)

Quid,[6] filius Olibrii comitis, duxit in causam fratrem suum Herbortum, dicens: quod non deberet ipse Herbortus esse particeps cuiusdam predii nomine Neuegy,[7] cum illud praedium pecunia matris suae, scilicet novercae Herborti, sit emptum et ab eadem in morte sua, coram patre suo Olibrio et fratribus patris sui, necnon aliis cognatis eius, sibi soli, utpote unico matris suae, fuerit relictum, et adduxit in testimonium Bos comitem, fratrem videlicet patris sui aliosque cognatos et notos et Micam comitem Bichoriensem. Quibus testimonium unanimiter sibi perhibentibus, Banco, comes Palatinus, posuit super iuramentum Bos comitis,

[1] Infra in test. nr. 388: Hagya.

[2] Infra in test. nr. 388: Henguch.

[3] Nomen Kalata hic non distinctum pagum, sed regionem, oppidum Bánffy-Hunyad ambientem olimque comiti Bihariensi subditam significat. Infra enim in test. nr. 388 praecise designatur habitatio accusati, eratque villa Heym (Himfalva).

[4] Infra in test. nr. 20 Lucas, in test. nr. 388 Luxa.

[5] Pagus nomine Lomb olim prope Kolosvár exstitit. Sed fuit etiam alter pagus eodem nomine Lomb vocitatus ab oppido Debreczen occidentem versus inter pagos Macs et Szepes situs (in comitatu olim Bihar, nunc Hajdú) V. Fejér. Cod. Dip. V/3. 131.

[6] Hoc nomen proprium hodie verisimiliter Kügy pronuntiandum venit, estque hodie prope fluvium Berettyó praedium Kügy vocatum, pago Nyüved, de quo hoc in testimonio sermo erit, adiunctum.

[7] Nyüved pagus iuxta fluvium Berettyó in com. Bihar. Supra nr. 3.

dato pristaldo nomine Gyopol, filio Nicus. Qui Bos, cum Waradini paratus esset iurare, praenominatus Quid cum fratre suo, Herborto, taliter convenit, quod ipse portionem suam in praedio Fegyner-nuch, quae hereditario iure ipsum contingit, fratri suo Herborto relinqueret, et ita praedium Fegyuernuch[1] a modo ipsius Herborti foret sine participe; ita tamen, quod, si quis de iam dicto praedio quicquam requireret, ipse Quid datam a se partem tueri[2] non teneretur. Praeterea idem Quid dimidium sue portionis in terra Baluc,[3] versus Nesmer,[4] retento sibi iure molendini, dedit etiam Herbordo[5] et ita pro his omnibus saepe iam dictis Quid recepit solus consensu et pace fratris sui praedium Neueg totaliter. Amen.

Nr. 20. (259.)

Bothsa, curialis comes sancti Protomartyris, impetiit duos ioubagiones Laurentii, scilicet: Paulum et Kemam de bobus furtim ablatis, et ostensa praesumptione, scilicet: carnibus in domibus illorum copiose inventis, Nuetlen, curialis comes de Bichor, sine talione, ut pristaldus dixit, nomine Lucas,[6] misit Waradinum, ubi Paulus iustificatus est, Kema vero confugit ad ecclesiam.

Nr. 21. (260.)

Rahina impetiit convillanum suum, Zamam de villa Huruat[7] pro furtivo dolabro, iudicibus Gabriele biloto, et Sebe curiali comite de Carasna, pristaldo Cuca. Waradini Rahina subterfugit iudicium ferri candentis, dicens se iniuste Zaman impetiisse.

[1] Fegyvernek pagus ab oppido Szentjobb meridiem versus in com. Bihar.
[2] In editione principe: «tuere».
[3] Bályog pagus iuxta fluvium Berettyó in com. Bihar.
[4] Lecsmér pagus iuxta fluvium Berettyó in com. Szilágy alias Kraszna.
[5] In editione principe erronee: Bertoldo.
[6] Supra nr. 18.
[7] Horváth pagus ab oppido Kraszna meridiem versus.

Nr. 22. (264.)

Golsa de villa Ban[1] impetiit convillanum suum, Sedun de combustione domus et dampno sex marcarum, iudice Agya comite de Carasna, pristaldo Luca, de villa Kouachi. Sedun itaque, portato ferro, Waradini iustificatus est.

Nr. 23. (262.)

Georgius de villa Buht, coadiuvante eum Simone sacerdote de villa Sancti Martini impetiit Micoum de villa Catar de violento raptu filiae suae Margarethae, et hoc ipsum illa astruxit; Micou vero dixit illam uxorem suam legitime ductam esse, et habere nuntium[2] mediatorem, nomine Desc. Qui cum fateretur, se fuisse mediatorem et adduxisset super hoc et ipse quosdam testes, Oltuman, archidiaconus de Zathmar, per pristaldum, nomine Echireh, misit Waradinum, ut Desc portaret ferrum. Ubi taliter convenerunt, quod praedicta mulier redderetur a patre suo domino Micou in uxorem, Desc satisfaceret iudici, Georgius pristaldo.

Nr. 24. (263.)

Dema, de villa Solumus,[3] impetiit Vrbanum de villa Gyonta[4] de furto, iudicibus Paulo curiali comite de Bichor et Teca biloto, pristaldo Honos.[5] Vrbanus itaque Waradini combustus est.

Nr. 25. (264.)

Clemens comes, filius Haben, impetiit quosdam castrenses scilicet: Odun, Thomam, Thomum, et Ecust pro duabus marcis iudice Codaba, centurione illorum, pristaldo Comad. Praenominati itaque castrenses Waradini iustificati sunt.

[1] Bán (Alsó- és Felső-) ab oppido Kraszna meridiem versus in com. Szilágy alias Kraszna. Infra nr. 59.

[2] In editione pr. nunctium.

[3] Solymos pagus septemtrionem versus a Belényes in com. Bihar.

[4] Gyanta pagus iuxta Crisium Nigrum in com. Bihar.

[5] Infra nr. 26 (Hoils) et 54.

Nr. 26. (265.)

Kalad de villa Gest[1] cepit aliquot oves suas apud Betum de villa Scecul[2] dicens, triginta et unum oves se amisisse per furtum; Beta autem dixit se emisse a Masa[3] de villa Sorou. Quos Mica, comes Bicoriensis, et Teca bilotus, discutiens per pristaldum nomine Hoils[4] miserunt Waradinum, ubi Masa, portato ferro, combustus est.

Nr. 27. (266.)

Simon, filius Zela, frater Sebastiani comitis, impetiit libertinos Ina et Iouanc, filiorum Ioannis, scilicet: Budam, Checham, Checlen, Pousam, Dan et Dubam de furto, et ipsos dominos eorum, fautores et protectores esse furum. Banc itaque Palatinus comes misit eos Waradinum, ut pro Ina et Johanc quattuor de genere ipsorum, quos Simon eligeret, iurarent ibi, quod ipsi nescirent Iuan et Johanc consocios furum et defensores esse. Ipsi autem ad locum non venerunt, sed excusatorem mittentes, dixerunt, se esse in exercitu et ideo Waradinum non potuisse venire; praedicti vero libertini nec ipsi comparuerunt, nec excusatorem absentiae miserunt. Quod cum praefatus iudex rescivisset, missis litteris suis per pristaldum suum, nomine Laurentium de villa Libeci[5], mandavit illos libertinos pro condemnatis describi; et factum est ita.

Nr. 28. (267.)

Zounuc impetiit Gallum et Valentinum de decem marcis, udice Simiragdo, comite, pristaldo Chikou. Gallus itaque combustus est, Valentinus autem iustificatus.

[1] Geszt pagus in com. Bihar. Infra 239.
[2] Székelytelek pagus in com. Bihar.
[3] Infra nr. 54 et 370 (hic erronee Mathka).
[4] Supra nr. 24; inferius nr. 54.
[5] Infra nr. 200, 274 et 309.

Nr. 29. (268.)

Dirsig de villa Dirsig[1] impetiit Georgium, filium Ponota, item Gyulam et Forcos, filios Casta, de violentia, iudice Agya, comite de Carasna, pristaldo Lenpe. Homo itaque Dirsig, portato ferro, Waradini iustificatus est.

Nr. 30. (252.)

Domina Paulia, uxor Petrus, cum requisivisset a fratre suo, Custodia sacerdote, ancillam suam Marguetam, et ille non redderet eam, dicens, illam esse suam, Joachin[2] iudex ex praecepto Simonis, Waradiensis episcopi posuit eos ad iudicium ferri candentis. Qui praesente Saph, pristaldo eorum, taliter convenerunt; quod domina Paulia daret fratri suo, Custodiae sacerdoti marcam unam. Ille autem daret illi ancillam, nomine Huldhol, pro Margueta; quia Marguetam dederat marito et non potuit eam separare de iure a viro suo et dare sorori suae.

Nr. 31. (253.)

Gyobou, Gabrian, Buda, Tencus, Niclo, ioubagiones castri Zounuc impetierunt quendam nomine Angelus de villa Gyou,[3] filium Dursi, fratrem Martini et Mice, dicentes, quod eorum esset contribulis, et castri Zounuc ioubagio. Ille autem contendebat, se filium Latini hospitis esse et absolute liberum et defendebat eum Petrus, convillanus eius. Tunc Poul, curialis comes de Zounuc, ex praecepto domini sui Smaragdi comitis eos discutiens ad praudam per pristaldum, nomine Georgium de villa Babud[4] misit

[1] Derzsek pagus olim in vicinitate pagorum Kémer et Bályog in com. Kraszna nunc Szilágy.

[2] Inferius nr. 112 et 137.

[3] Infra nr. 136 et 152.

[4] Serius Bábodtelke. Olim iuxta fluviolum Kraszna penes Dershida inter meridiem et occid. situs in com. Szilágy alias Közép-Szolnok. Saeculo XVI. pago N.-Dersida adiungebatur, unde Dersida a valachis nunc quoque Babucza nominatur. Infra nr. 136.

Waradinum. Ubi cum esset praedictus Angelus portare ferrum paratus, quidam, nomine Lengeii, ut ipse dixit, de villa Zumtou[1] ex parte praenominatorum ioubagionum se ad hoc missum asserens, iudicio ferri candentis renunciavit, dicens, praefatos ioubagiones per ipsum mandasse, quod supradictum Angelum de coniobagionatu iniuste impetiissent.

32. (254.)

Castrenses de Clus de centuriunatu Agad, scilicet: Sunad, Vardou, Apa et alii, coadiuvantibus eos ioubagionibus eiusdem castri, scilicet Egeben, principe exercitus.[2] Isac centurione, Beda varnogy, Bela et Vadasa impetierunt quosdam ioubagiones Nicus, filii Nicus, scilicet: Vedam et fratrem eius Hyscem, dicentes, eos suos esse concives. Illi autem dixerunt, se esse liberos omnino et adduxerunt defensorem libertatis eorum videlicet: Stephanum de villa Natztha. Christophorus itaque, comes de Clus,[3] per pristaldum, nomine Ela,[4] de villa Zupur[5] misit eos ad candens ferrum Waradinum, quo Nicus et ioubagiones eius cum defensore libertatis eorum et pristaldo venerunt stare iudicio. Adversarii autem eorum non comparuerunt, nec per aliquem excusationem miserunt. Nicus itaque ad iudicem reversus, iustitiam sibi de adversariis fieri postulavit. Quos, iniustam impetitionem suam confitentes, iudex praefatus per iamdictum pristaldum mittens Waradinum iniustitiam suam conventui fecit protestari. Venientes enim Bela, Vadasa et Vardou, pro semet ipsis et pro coadiutoribus suis, ut ipsi dixerunt, confessi sunt, praenominatos ioubagiones Nicus non esse tuos concives, sed iniuste illos esse impetitos.

[1] Tasnád-Szántó.
[2] Infra nr. 61 «Hodnog».
[3] Supra nr. 10, infra nr. 61.
[4] Supra nr. 13.
[5] Szopor pagus a Mező-Őr orientem versus in com. Kolos.

Nr. 33. (255.)

Paul, comes venatorum,[1] impetiit Feheram de villa Solumus pro veneficio, iudice Nicolao, vicearchidiacono de Zatmar, pristaldo Joanne. Fehera itaque, portato ferro, Waradini iustificata est.

Nr. 34. (256.)

Buchud de villa Janust[2] impetiit Mecam de villa Genta[3] pro furto, Paulo curiali comite de Bichor et Teca biloto iudicibus, pristaldo, nomine Vosos de villa Janust. Meca itaque, portato ferro, Waradini iustificata est

Nr. 35. (257.)

Mahtel impetiit dominam Genuruch de veneficio, iudice Nicolao, comite Transilvani episcopi, ex praecepto domini sui, pristaldo Mada. Mathel[4] vero renunciavit Waradini iudicio candentis ferri.

Nr. 36. (258.)

Bosur,[5] archipraeco Bekesiensis, de villa Ica, dum poneret rationem ex consuetudine sui officii de bobus regiis, dixit, se a Joanne, praecone de villa Sceveij[6] quatuor boves nondum accepisse. Ille autem dixit, se ei, scilicet Bosur dedisse, iudice Damiano curiali comite de Bekes. Bosur itaque iudicio ferri candentis convictus est.

[1] Infra nr. 44.

[2] Nunc pagus Jánosda in com. Bihar. Infra nr. 41, 181.

[3] Gyanta pagus penes fluvium Crisium Nigrum in com. Bihar.

[4] Sic in editione principe.

[5] Infra nr. 98 et 210.

[6] Serius a. 1322: «Zeve» villa prope Túrkevi. Bunyitay: A váradi püspökség története. II. 426.

Nr. 37. (269.)

Andreas de villa Vitan impetiit Georgium, ioubagionem Ypoliti, de villa Hlap,[1] dicens: quod, cum Georgius prius ioubagio ipsius fuerat, duodecim marcas pro causa eius, scilicet: Georgii[2] expenderit. Quos Paul, curialis comes de Bichor, ad iudicium ferri candentis per pristaldum, nomine Gyugea,[3] misit Waradinum: ubi taliter convenerunt; quod Ypolitus daret Andreae pro ioubagione suo tres fertones, et capitulo quatuor pondera, et dimidium, et idem Ypolitus pro eodem Georgio iudici satisfaceret, pristaldo autem Andreas teneretur.

Nr. 38. (270.)

Joannes de villa Vansud[4] impetiit Andream convillanum suum et Tumen, de villa Guizar,[5] et Georgium de villa Viloc,[6] servum Samsonis, de combustione domorum suarum et matris suae cum sex capitibus hominum, iudice Mice, comite Bichoriensi, pristaldo nomine Don de villa Gurba.[7] Georgius itaque, portato ferro, Waradini iustificatus est; Andreas vero et Tumen sentientes se combustos esse, confugerunt ad ecclesiam.

Nr. 39. (271.)

Mortun de villa Dyuna accusavit convillanum suum, Petrum, de furto, iudiċe Heym, comite de Borsoha,[8] pristaldo Milosth, filio Albei. Petrus itaque Waradini, portato ferro, iustificatus est.

[1] Haláp nunc praedium ab oppido Vámos-Pércs occidentem versus. Dominum suum vide infra nr. 123.

[2] In editione principe erronee: Georgius.

[3] Infra 85.

[4] Váncsod pagus in com. Bihar ab Berettyó-Ujfalu orientem versus.

[5] Guszár nunc praedium iuxta Váncsod.

[6] Ujlak nunc praedium ibidem.

[7] Gurba pagus a Boros-Jenő septentrionem et occidentem versus (olim in com. Zaránd nunc Arad).

[8] Infra nr. 72, 117 et 133.

Nr. 40. (272.)

Quidol de villa Gyan[1] impetiit Tumpam convillanum suum de furto, iudicibus Mica comite de Bichor, et Teka biloto, pristaldo Halalus de villa Sceuleus.[2] Tumpa itaque Waradini iustificatus est.

Nr. 41. (164.)

Cum Ereu, villicus de Jánust,[3] impetiisset quendam de villa Vosian,[4] nomine Zotmoz, pro porcis furto sublatis, tres marcas valentibus, et invenisset carues porcinas in domo Zothmoz in praesentia convillanorum Zotmoz; sed Zotmoz, constitutus ante Paulum, curialem comitem de Bichor et Forcos bilotum, negasset carnes inventas fuisse in domo sua, convillani autem eius contestarentur, carnes illas inventas fuisse, praenominati iudices per pristaldos, scilicet: Fitan et Percustu, miserunt dominum Zotmoz Waradinum, ubi dominus Zotmoz combustus est.

Nr. 42. (165.)

Paulus opilio, vice comes in villa Apa,[5] impetiit dominum Tengurd de villa Pisuqui,[6] ioubagionem Jacincti, de furto, iudice Nueclem, curiali comite de Zaránd, pristaldo Juan de villa Gyoroc.[7] Dominus Tengurd iustificatus est.

[1] Nescitur, an trium Gyán (Köte-, Mező- és Vizes-) quis? V. infra nr. 97, 142, 161.

[2] Pecze-Szőllős in com. Bihar.

[3] Nunc Jánosda pagus in com. Bihar. Supra nr. 34. Infra nr. 181.

[4] Nunc Vasand in com. Bihar, a priori haud procul.

[5] Apa, nunc Apatelek a Boros-Jenő meridiem versus olim in com. Zaránd nunc Arad.

[6] Piski pagus olim in regione pagi Sikula

[7] Olim pagus pleniori nomine: Hosszú-Gyarak iuxta oppidum Boros-Jenő.

Nr. 43. (166.)

Butha de Beruchyon[1] impetiit dominum Cochi de villa Degust[2] pro decem marcis, iudice Teku, abbate de Beruchyo, pristaldo Tarca. Qui Varadini taliter convenerunt, quod Cochi daret suo adversario quinque marcas et idem teneretur pristaldo, Buthta autem satisfaceret iudici.

Nr. 44. (167.)

Opoy de villa Gourou,[3] viso[4] quodam gladio apud Andream, venatorem bubali de villa sancti Martini, impetiit eum de furto, iudice Paulo, comite venatorum bubalinorum,[5] pristaldo Stephano de villa Vrisu. Andreas itaque venit Varadinum in octavis omnium Sanctorum,[6] in termino scilicet, quem pristaldus dixit, se utrique parti praefixisse, Opoi autem non comparuit.

Nr. 45. (168.)

Discilou de villa Borici[7] impetiit Glatillum, cocum regis de villa Susa,[8] de equizuhada.[9] Qui cum negaret, se esse venditorem illius equi, praefatus Discilou adduxit, ut mos est,[10] fideiussorem aduersarii sui, quo se fideiussorem perhibente,[11] Glatillo vero con-

[1] Postea Szentjog, hodie Szentjobb in com. Bihar. Infra nr. 183.

[2] Infra nr. 46.

[3] Gyuró, olim pagus nunc particula agri iuxta pagum Szakácsi in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.

[4] In editione principe erronee: vilso.

[5] Supra nr. 33.

[6] Idest 8. Novembr.

[7] Verisimiliter pagum Barcz, nunc Barczika vocatum in comitatuque Borsodiensi situm significat.

[8] Pagus «Sasa» etiam serius memoratur in ipso comitatu Borsodiensi. V. Századok. 1868. p. 81.

[9] Recte: equi zuhada. Zuhada seu alias Zuoda est vox slavica significatque expeditoriam cautionem.

[10] In editione principe erronee: ut Mosen.

[11] In editione principe erronee: prohibente.

stanter negante, Martinus, bilotus de Borsod, per pristaldum, nomine Kelepc, misit Varadinum. Quo Discilou primitius actor et alius Discilou, scilicet fideiussor, et pristaldus in octauis omnium Sanctorum,[1] quas pristaldus dixit, se utrique parti pro termino assignasse, venerunt, Glatillus vero non comparuit.

Nr. 46. (169.)

Fehersa de villa Degust[2] conuictus est de una marca et dimidia contra villanos Petur, iudice Gregorio de Scili, et pristaldo Zousa.

Nr. 47. (143.)

Liter de villa Hotuon[3] impetiit Dorum de villa Dobur de conscienta perditionis equi sui, valentis marcam et dimidiam, perditi in bello, iudice Coma,[4] comite de Zounuk, pristaldo Ilegven, de villa Vrsei.[5] Liter itaque, portato ferro, Varadini combustus est.

Nr, 48. (144.)

Sunc de villa Kiral[6] impetiit Geruasium, conuillanum suum, de duabus marcis et dimidia, iudice Seruodei,[7] curiali comite de Zobolch, pristaldo Martino de villa Lopecur.[8] Sunc et Geruasius, Varadini taliter conuenerunt, quod Geruasius daret aduersario suo marcam et fertonem et idem Pristaldo satisfaceret, partem autem iudicis Sunc teneretur persoluere.

[1] Idest d. 8. m. Novembris.

[2] Supra nr. 43.

[3] Ér-Hatvan olim in com. Közép-Szolnok nunc Szilágy.

[4] Rectius Cosma, eratque reipsa vicarius (comes curialis) tantum, nam munus comitis Szolnokiensis tunc Smaragdus sustinuit.

[5] Versimiliter significat pagum Versény, qui olim in circuitu pagi Désháza ab oppido Szilágy-Cseh meridiem versus adiacebat.

[6] Királytelek olim pagus nunc praedium in comitatu Szabolcs.

[7] Nominativus huius nominis est: Servusdei.

[8] Hodie pagus Napkor in com. Szabolcs.

Nr. 49. (145.)

Bechy impetiit de villa Zuat[1] castrenses pro duabus marcis, iudice Beken, curiali comite de Clus, pristaldo Petro. Praedictae autem partes Varadini taliter conuenerunt, quod castrenses darent Bechy triginta et quatuor pondera et iidem[2] pristaldo satisfacerent,[3] pro parte autem iudicis Bechy teneretur.

Nr. 50. (146.)

Hegun de villa Sorloud[4] impetiit omnes villanos de Tuluold, dicens, quod, dum quosdam violentos,[5] fugiens ad eos confugisset, ipsi omnes ostia sua claudentes, eum violentis spoliandum exclusissent, et illis, spoliato ipso, recedentibus, valens tres marcas eis commisisset, iudice Nuechlen, curiali comite de Zaránd, pristaldo Benedicto. Hegun itaque cum, portato Varadini ferro, solvi deberet, canonici manum eius non inspexerunt, quia sigillum non sanum invenerunt.

Nr. 51. (147.)

Universi castrenses de Cornust impetierunt villanos de Sob[6] pro concivibus suis coram Mica, Bichoriensi comite. Illi autem dixerunt, se iobagiones esse a generatione, qui scilicet: liberi Sancti Regis dicuntur, et semper[7] hoc asseruerunt, se alias etiam iustificatos esse contra universos castrenses de centurionatu Sapuri ante Siculam, curialem comitem de Bichor, praecepto item Micę comitis et aucthoritate in eadem causa functum et habere pristal-

[1] Nunc Szovát in com. Kolos.

[2] In ed. principe: idem.

[3] In ed. principe: satisfaceret.

[4] Olim pagus prope oppidum Pálülése (nunc distorto nomine Paulis nuncupatum in com. Arad) haud procul a metis comitatus Zarand, iam pridem comitatui Aradiensi adiecti. Tabularium regnicolare Dipl. 36349).

[5] In editione principe: quosdam violentos, quod dum.

[6] Inferius «Sos» scribitur significatque pagum Sas, pleniori nomine Mező-Sas in com. Bihar. Cornust v. infra nr. 383.

[7] Rectius verisimiliter: insuper.

dum, nomine Vodassam de villa Nec,[1] qui cum iussi exhibere eundem pristaldum tribuissent,[2] cives de Cornust non ausi sunt ei vitium falsitatis opponere. Quibus supradictus iudex condemnatis ipsos et item villanos de Sos per Gilianum, filium Bocion[3] contubernarium suum Varadinum transmisit, ubi praefatus Gilianus ex parte Micę Comitis se transmissum esse dicens, coram praedictis partibus et pristaldo praemissam causam eo ordine ac tenore, quo scriptum est, enarravit et praesentibus literis fecit aeternari.

Nr. 52. (148)

Bulsuh, dux exercitus de castro Zounuc, et, ut ipse dixit, alii iobagiones eiusdem castri, item Bucicud, et, ut ipse dixit, alii castrenses impetierunt Felicianum et fratrem eius Thomam atque Georgium, nepotem eorundem, dicentes, quod essent castrenses de Zounuk, iudice Smaragdo comite eiusdem castri, a rege Andrea delegato, pristaldo Andrea de villa Karil.[4] Georgius itaque pro se et cognatis suis praenominatis, portato ferro Waradini, cum solvi deberet, non est permissus absolvi a Bulsu et Bucicud, quorum uterque vice et in persona adversariorum suorum se stare dicentes, resignaverunt, praedictos Felicianum, Thomam et Georgium esse omnino liberos, ut illi de se asserebant.

Nr. 53. (149.)

Buciur de villa Puklusteluc[5] impetiit convillanos suos, Lekam et Isoum, de latrocinio, iudice Paulo, curiali comite de Bichor et Ciboud biloto, pristaldo Vica. Leca itaque et Isou, portato ferro, Varadini iustificati sunt.

[1] Nyék pagus prope Berettyó-Szentmárton. Infra nr. 109, 157.

[2] Rectius verisimiliter: fuissent.

[3] Infra nr. 274, 317.

[4] Si possessiones iudicis Smaragdi prae oculis habemus, haud vane concludimus, nomen «Karil» erronee scriptum esse pro «Karol» et significat pagum Károly (Kis-Károly) a pago Szeghalom occidentem versus adiacentem in com. Békés (nunc praedium).

[5] Poklostelek pagus a Szentjobb orientem versus in com. Bihar.

Nr. 54. (150.)

Cum Masa de villa Sorou iudicio candentis ferri convictus esset Varadini de furto[1] et in Bichor,[2] ut Pristaldus asseruit, confugisset[3] ad ecclesiam, adversarii eius, Kaled[4] et Beta, et pristaldus ipsius Honos,[5] praesente Cesario centurione, vendiderunt praefatum Masam[6] et uxorem eius Foelicitatem et filios ipsius, Thomam, Tanals et Gyonon, et filias[7] scilicet: Magnet[8] et Ilega, pro decem marcis Absoloni, filio Hurt,[9] qui persolvit illas decem marcas praesentibus nobis canonicis Varadiensibus, scilicet: Valeriano cantore, Michaële custode, Gerardo decano, Petro, Sidrac et aliis, et idem scientibus Cesario centurione et aliis ioubagionibus castri Bichoriensis.

Nr. 55. (151.)

Paul de villa Urhud impetiit conuillanam suam, nomine Vyes, uxorem Forcos, de veneficio, iudice Pousa archidiacono de Bichor, pristaldo Valentino. Illa venit Varadinum cum pristaldo, Paul non comparuit in termino, quem pristaldus dixit, se utrique parti assignasse.

Nr. 56. (152.)

Martinus de villa Vtholm[10] impetiit conuillanos suos, Tyvand, Georgium, Fulcum et Briccium, filios Vrbani, de latrocinio, iudice Lothardo, comite de Zobolch, pristaldo Matthia de Tumsansuna.[11] Tyvand, Fulcus et Georgius iustificati sunt; Brictius combustus est.

[1] V. causam supra nr. 26. descriptam.

[2] Bihar oppidum.

[3] In editione principe: confugisse.

[4] Supra Kalad.

[5] Supra nr. 24 et 26 (Hoils).

[6] Infra nr. 370. erronee Mathka.

[7] In editione principe: filiam.

[8] Infra nr. 370. Maged.

[9] Infra nr. 370 (359) Hurtu.

[10] Infra nr. 298.

[11] Recte Túr-Sámsona, hodie pagus Sámson a Debreczen inter septemtrionem et orientem situs.

Nr. 57. (153.)

Ellu, filius Joannis comitis, impetiit Cunsudu, seruum Adriani, de villa Silu,[1] sororis eius, uxoris Vid, de furto, iudice Paulo, curiali comite de Bichor, pristaldo Boncy. Cunsudu, portato ferro, cum solui deberet, Ellu subterfugit, dicens, se illum falso impetiisse de furto.

Nr. 58. (154.)

Vxor Vid,[2] mortuo marito, cum esset sine haerede manumisit quandam ancillam suam nomine Deraga, ut quamdiu ipsa viveret, illa de ea non discederet, sed ei seruiret. Si autem dominae suae superuiveret, ubicunque vellet, manendi haberet libertatem, filiumque ipsius nomine Cunsudu, cum fratre suo Adriano in idem consentiente, manumisit ac tali libertate donauit, ut ubicumque vellet, manendi fas haberet; si tamen in villa Salu[3] ei placeret habitare, nonnisi apud ipsam et fratrem suum Adrianum maneret. Filiam quoque eiusdem mulieris, nomine Kesam, taliter liberauit, ut quam ipsa, tam omnis generatio ab eadem successura, libera foret omnino. Omnium vero aliarum rerum, quaecunque habet eadem domina vel habitura est, supradictum fratrem suum Adrianum haeredem constituit, ita tamen, quod ipsa, dum vixerit, eis utatur.

Nr. 59. (155.)

Zoloc de villa Rechel[4] impetiit Marcum, Juan, et Marcellum de villa Botocun,[5] dicens, quod cum ipse nec conuictus sit in lite, nec etiam quisquam litigauerit cum eo, ipsi cum pristaldo ignoto accepissent quatuor boves eius, quibus rem negantibus,

[1] Hoc nomen est personale uxoris Vid, non autem nomen alicuius pagi.

[2] Vide nr. priorem.

[3] Serius Sálhida pagus circa Henczida (Henczhida) in com. Bihar secus fluviolum Berettyó.

[4] Recte Kechel idest Keczel a Kraszna orientem versus.

[5] Nunc Badacsony prope oppidum Szilágy-Somlyó.

Tupa, curialis comes de Karasna, per pristaldum, nomine Golosa de villa Bani,[1] misit Varadinum, ubi Zoloc, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 60. (156.)

Perman de villa Ip[2] impetiit Stephanum et Egidium, iobagiones Buncu, de villa Coznis[3] dicens, quod a seruo suo[4] nomine Rugas clanculo accepissent[5] pecuniam suam, valentem octo marcas, et hoc ipsum dicebat seruus ille, arbitris abbate de Libinii et Ders filio Derseo et Pogu villico et Dezuan et Buncu, et Luzen de villa Nog,[6] Bolu et Joachim, villico de Ipu et aliis multis, pristaldo Methel. Stephanus autem et Egidius, portato ferro, iustificati sunt.

Nr. 61 (157.)

Beda, varnog, Igeben, hodnog,[8] Isac, centurio et Vodasa de castro Clus coram iudice Chistophoro comite,[9] pristaldo Fabiano, impetierunt Bansam de villa Naduduor, et fratres eius scilicet: Comam, Isoum et Elexium, dicentes eos extorres. Qui cum missi iurare Varadinum, parati essent iurare, praenominati aduersarii confessi sunt, eos terram habere ad tria aratra, nec adiurauerunt eos.

Nr. 62. (158.)

Ioubagiones Orodinensis castri, scilicet Basu, hodnogio, Nuhu, Bayr, Belche, Kelemin centuriones et omnes alii iobagiones cum castrensibus impetierunt Geruasium de genere Chenad pro terra castri nomine Beseneu, iudice Nicolao Palatino comite, pristaldo Gonga de genere Hudus. Unus de castrensibus, portato ferro pro terra iam dicta, iustificatus est.

[1] Bán nunc Alsó- és Felső-Bán in com. Szilágy (prius Kraszna). Supra nr. 22, infra 74.

[2] Ipp in com. Kraszna. Supra nr. 1.

[3] Nunc Alsó-, Felső-Kaznacs in com. Szilágy, olim Kraszna.

[4] In editione principe erronee: servus suus.

[5] In editione principe: accepisset.

[6] Nunc Szilágy-Nagyfalu.

[8] Supra nr. 32.

[9] Supra nr. 10, 32.

Nr. 63. (159.)

Bota de villa Pazturd iudicio candentis ferri probavit, quod villani de Bonia, scilicet: Zotmaz, Chegun Paul, et omnes alii iuvissent violentum quendam invasorem et spoliatorem servientis sui, ad illos confugientis.

Nr. 64. (160.)

Joachin de Lazdi[1] impetiit Kevam de villa Seusci, quae est apud Kanar,[2] de furto, iudice Nicolao comite Palatino, pristaldo Atmario de villa Boc. Keva Varadini iustificatus est, portato ferro.

Nr. 65. (161.)

Ereus de villa Kamaras impetiit convillanos suos, scilicet: Tupam et Mauritium, de una marca et fertone, iudice Chepa villico eorum, pristaldo Fican. Mauritius, portato pro se et pro Tumpa ferro, combustus est.

Nr. 66. (162.)

Vutuk de villa Inka manumisit quendam servum suum, nomine Figmoz, cum omni generatione sua, quae ab illo esset successura, ita, ut, ubicunque vellet, manendi fas haberet. Postmodum autem praefatus Figmoz duxit uxorem liberam, cuius pater scilicet: Juan et frater scilicet: Leustah, impetierunt iam dictum Vutuk de violento raptu puellae et dominum Figmoz de indigno connubio coram Petro comite, scilicet: iudice a rege delegato. Vutuk autem respondit, se iam dictum Figmoz manumisisse prius et sic illum uxorem liberam legitime accepisse. Sed cum praenominati adversarii non essent hac transitoria assertione contenti, supradictus iudex per pristaldum, nomine Levam, utramque partem Capitulo Varadiensi fecit exhiberi, et prefatum Figmoz per attestationem Vltuk, domini sui, titulo manumissionis liberum cum omni successione prolis suae assignari.

[1] Infra nr. 104, 166.
[2] Verisimiliter pagus Konyár in com. Bihar.

Nr. 67. (163.)

Vetea impetiit Solomonem, Kekam, Potur et Isoum de occisione filii sui Eccy, iudice Albeo, vicearchidiacono, pristaldo Adriano. Salomon, Keka, Potur et Isou, portato ferro, iustificati sunt.

Annus 1214.

(68. 69—73. 74—103. 104—107. 108—111. = 374. 295—299. 300—329. 287—290. 170—173.)

Nr. 68. (374.)

Anno incarnationis domini M. CC. XIIII., regnante gloriosissimo rege Andrea, Simone Waradiensi episcopo existente, Jacou filius Pata,[1] emit a Bodun comite, filio Eustachi, tertiam partem terrae Solomun, portionem scilicet ipsius Bodun comitis, loco sessionis et parte nemoris, ad eandem portionem pertinente, distinctis, agro autem ab una tertia quidem parte data, sed indistincta a parte Petus, filii Chuley, ad quem videlicet pertinent duae partes eiusdem terrae. Idem autem ab eodem emit super eandem terram duos libertinos, scilicet Crachinum et fratrem ejus Bucham; praenominatus autem Bodun comes testatus est, se vendidisse illa et accepisse pretium eorum totaliter, videlicet viginti et septem marcas.

Nr. 69. (295.)

Furman accusatus de furto non venit Varadinum, de quo tales litteras misit iudex suus.

«Ego Venceslaus Dei gratia sum comes Zothmariensis. Tobol, filius Peta, litigavit in praesentia mea cum Furman, filio Ber, biloti Hodosdiensis, asserendo ipsum esse furem. Iudicio inter eos constituto, misi[2] eos ad locum Waradinensem per pristaldum Petrum, filium Marc. Tobol cum pristaldo suo ivit et fuit in

[1] Infra nr. 101. Conf. supra nr. 15. et infra nr. 110.

[2] In editione principe: misit.

termino Waradini praefixo, sed Furman, contrarius suus non ivit illuc.»

Istis litteris nos istud adiicimus,[1] quod praenominatus Furman in septimana *Exaudi Domine*[2] non comparuit Waradini, sed Tobol et pristaldus fuerunt.

Nr. 70. (296.)

Forcos centurio impetiit Pousam, filium Matthiae de villa Soluhan[3] de tribus marcis, dimidia minus, violenter ablatis, iudice Nuetlen, curiali comite de Zarand, pristaldo Jacob, filio Forcos. Qui Waradini taliter convenerunt, quod Pousa daret praefato actori unam marcam et dimidiam, idemque iudici satisfaceret et pristaldo.

Nr. 71. (297.)

Nenecy de villa Sum[4] impetiit convillanum suum, scilicet: Volotcu de furto, iudicibus Mocud et Johanca, pristaldo Horogus, filio Suda. Nenecy itaque et Horogus fuerunt Waradini per totam, septimanam *Exaudi.*[5] Volutcu vero venit in die veneris in eadem septimana, dicens, quod in sequenti septimana esset terminus ipsius.

Nr. 72. (298.)

Kelian de villa Beseneud[6] impetiit Budam, Petrum, Vendec, Borozlou, Poucam et Buntam de villa Vosian[7] praedio Simonis

[1] In editione principe: addicimus.

[2] Idest Dominica VI-ta post Pascha, cuius hebdomada a. 1214 dies 11—18 mensis Maii comprehendebat.

[3] Rectius Solan: a. 1234 Salan, a. 1299 Arky-Chalan (v. Wenzel: VI. 547. X. 332.) nostra orthographia Csalán, olim villa prope Simánd, quae postea, mutato nomine, Székudvar vocatur in com. olim Zaránd nunc Arad.

[4] Som pagus olim in vicimitate Pósa et Somogy-Uzsopa in com. a Magno Varadino meridiem versus, sed fuit et est hodie quoque pagus in com. Bereg prope pagum Kászony.

[5] Idest diebus 11—18 mensis Maii.

[6] Nunc Besenyőd in com. Szabolcs.

[7] Nunc Kis- et Nagy-Varsány in com. Szabolcs.

item Pousam de villa Numen,[1] praedio Sebus,[2] de pecunia violenter allata, iudicibus Heymu[3] comite, a rege dato, et Alexandro, pristaldis Minos et Dazlou. Waradini autem talis inter eos facta est conventio, quod Keliano darent aduersarii sui quinque marcas, et iudici iidem satisfacerent, pristaldo autem Heim comitis[4] Kelian teneretur.

Nr. 73. (299.)

Forcos, ioubagio Laurentii, de villa Cups[5] impetiit convillanum suum, Pousam, libertinum eiusdem Laurentii, de combustione domus et damno trium marcarum, iudice praefato Laurentio, pristaldo Gregorio de praedicta villa. Pousa, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 74. (300.)

Castrenses de Carasna de villa Ban[6] scilicet: Damang, Duh, Nusata, et omnes alii de eadem villa, coadiuvante eos Tumpa centurione, ut pristaldus astruxit, impetierunt quendam, scilicet: Iecur, filium Redea, Sol et Boutun, filios Sacicu, Syteci filium Babuci, dicentes, quod concives essent eorum. Illi autem dixerunt, se esse liberos et genere Ruthenos, et adduxerunt defensorem libertatis suae, nomine Chedur, genere Ruthenum, ioubagionem Barnabae, qui dicens illos cognatos suos esse, tenuit libertatem eorum, iudice Tupa, curiali comite de Carasna, pristaldo Donca, de villa Bogus.[7] Chedur itaque, portato ferro, iustificatus est. Probavit illos liberos esse.

[1] Nunc Namény in com. Szatmár.

[2] Sebes I. de genere Hont-Pázmány.

[3] Supra nr. 39 Infra nr. 117, 133.

[4] In editione principe: comiti.

[5] Pagus Kups = Kupch = Köpcs a Debreczen septentr. et orientem versus in vicinitate pagorum Hatház et Sámson situs. Confer. Wenzel. Árp. okm. XII. 664. Zichy I. 523.

[6] Hodie Alsó-Felső-Bán in com. Kraszna. Conf. supra nr. 22, 59.

[7] Nunc Szilágy-Bagos.

Nr. 75. (301.)

Roda de praedio Beken impetiit convillanum suum, Vrcund de una marca et dimidia, iudice domina Eufemia,[1] pristaldo Toca.[2] Vrcund, portato ferro, combustus est.

Nr. 76. (302.)

Micicu de villa Bogus,[3] cum diceret se fideiussorem Rufdonis in venditione equi, qui furto sublatus esse dicebatur domini Rufdonis, Dursa esse dixit maleficium, iudice Compolto archidiacono de Carazna, pristaldo Buda, de villa Bogus. Micicu, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 77. (303.)

Petrus et Bosu de Alba, ut pristaldus dixit, impetierunt quendam de villa Mon,[4] nomine Vluen, viginti et quinque marcis violenter ablatis, et plaga gladii, iudice Pris, curiali comite de Zounuc, pristaldo Forcos de villa Tuka, Pangracii serviens. Petrus et Bosu combustus est.

Nr. 78. (304.)

Cum Voiouoda, comes de Doboka, pervideret[5] exercitum suum, quidam ex ioubagionibus eiusdem castri, nomine Hereust, stetit in ordine ioubagionum naturalium, qui scilicet: ioubagiones Sancti Regis nuncupari solent. Tunc accesserunt quidam de ioubagionibus Sancti Regis videlicet Vanoy et Bocya et reiecerunt illum de ordine suo dicentes, quod ipse non esset de ordine et gradu ioubagionum Sancti Regis, et haec idem dixerunt Keuerug, hodunogio et Kereu ioubagiones. Praenominatus itaque comes discutiens

[1] Infra nr. 79, 97 et 174.

[2] Infra in nr. 79. (alias 305.) Tika.

[3] Nunc Szilágy-Bagos.

[4] Nagy-Mon és Nyir-Mon in com. Szilágy alias Közép-Szolnok. Infra nr. 170.

[5] In editione principe erronee: praevideret.

eos per pristaldum, nomine Bocy de villa Boscu, misit Waradinum ad examen ferri candentis, ubi praefati Vanoy et Bocya se recognoscentes coram pristaldo et Theodoro, qui dixit se vice Keuerug hudunogionis et Kereu ioubagionis venisse, coram capitulo Waradiensi confessi sunt, iam dictum Hereust iniuste de ordine ioubagionum Sancti Regis expulisse.

Nr. 79. (305.)

Vrcund, portato ferro, contra dominum. Rodam, combustus est, iudice domina Eufemia et pristaldo Tica.[1]

Nr. 80. (306.)

Miros de villa Dereg impetiit conuillanos suos, scilicet: Elam, Poznanum et Enderem, item de villa Vndou Martinum et de villa Fodot Sumb et Scegam. Impetiit autem de duabus marcis et dimidia, iudice Basu, curiali comite de Clus, pristaldo Loka. Miros, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 81. (307.)

Pomel de villa Pechely[2] impetiit, ut pristaldus dixit, conuillanos suos, scilicet: Domum, et Tumpam[3] et idem de villa Saicu Basam pro latrocinio, iudicibus Tupa, curiali comite, et Ruben biloto de Crazna, pristaldo Andrea. Basa et Domus iustificati sunt, ferro portato. Tumpa vero non venit in septimana, qua ferrum portare debuit; sed venit postea in Dominica die *Respice*,[4] dicens, iustificatum ante iudices se, et ideo non venisse.

[1] Hic igitur eadem causa, quae supra nr. 75 (301) litteris mandata est, terum refertur.

[2] Nunc Pecsely in com Kraszna.

[3] Conf. nr. 74 (alias 300).

[4] Idest 8. die nr. Junii.

Nr. 82. (308.)

Pousa de villa Nadal impetiit conuillanum suum, scilicet: dominum Forcos pro dampno quinque marcarum, iudice Boc comite, domino eorum, pristaldo Matu. Inter quos talis facta est conuentio, quod Forcos daret dimidiam marcam Pousae et in tertia parte satisfaceret iudici et pristaldo.

Nr. 83. (309.)

Vxor Laurentii de villa Dolman, impetiit quosdam de villa Colosa,[1] scilicet: Naluc, Cecam, et Vid de furto, iudice Neuetlen curiali comite de Zaránd, pristaldo Teca de villa Scigueti.[2] Vid, portato ferro, iustificatus est. Naluc et Ceca manus non sunt inspectae, quia sigilla eorum fracta sunt inuenta.

Nr. 84. (310.)

Virhar de villa Fansol,[3] ioubagio Barnabae,[4] impetiit dominum Bozc de villa Ziloch[5] pro furto, iudice Pers, curiali comite de Zounuc, pristaldo Sceraka. Bozc, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 85. (311.)

Deus, filius Sancti, de villa inferioris Quer[6] impetiit convillanum suum, Johannem, ioubagionem Hus,[7] pro furto, iudice Paulo, curiali comite de Bichor, pristaldo Gyuge.[8] Joannes, portato ferro, incombustam habuit manum, sed sigillum fractum.

[1] Nunc Kalácsa prope Beél in com. Bihar, olim in com. Zaránd.
[2] Szigeti prope Bélfenyér in com. Bihar.
[3] Fancsal nunc praedium in com. Bihar inter Albis et Asszonyvására.
[4] Infra nr. 52.
[5] Zilah oppidum in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.
[6] Nunc Nagy-Kér in com. Bihar.
[7] Infra nr. 388.
[8] Supra nr. 37.

Nr. 86. (312.)

Michaël de villa Musou impetiit Gyunam de villa Euse pro furto, iudice Mica comite de Bichor, pristaldo Micusa, de villa Gyoroc.[1] Dominus Gynna (sic) combustus est.

Nr. 87. (313.)

Joannes, filius Turdis comitis, impetiit ioubagiones[2] ecclesie de Clus, scilicet Scelam et Pousam et servum, scilicet Posu de praedio Her pro latrocinio, iudice Mica curiali[3] de Bichor, pristaldo Joanne. Sela itaque et Posu iustificati sunt, Pousa combustus est.

Nr. 88. (314.)

Vadu de custodibus[4] silvae Beregu impetiit convillanum suum, Vulcanum,[5] pro occisione filiae suae per potionem, iudice Mescu comite de Beregu, pristaldo Andrea. Vulcanus iustificatus est.

Nr. 89. (315.)

Martinus archidiaconus impetiit Beluen et Matthiam de villa Ioubag[6] et item Gekam de villa Zor et Kelemen de villa Segu[7] pro occisione filii sui. Quos Nicolaus comes Palatinus per pristaldum nomine Gougar misit Waradinum ad candentis ferri iudicium, ubi Kelemen, portato ferro, iustificatus est. Belue vero

[1] Mező- vel Erdő-Gyarak in com. Bihar.

[2] In editione principe erronee: inubagiones.

[3] Recte Mica comite Confer nr. 10.

[4] Editio pr. erronee: otodibus.

[5] Habitavit in pago Ardó, plenius Szőlősvég-Ardó. Ardó enim significat villam custodis silvae (Erdőóvó, Erdó, Ardó).

[6] Jobbágy olim pagus com. Temes prope Csák (Csákova) nunc Obád.

[7] Olim in com. Arad in vicinitate praediorum nunc Basarága et Sziond nuncupatorum (a Pécska septentrionem versus) fuit Szor = Zor terra (Cod. Patr. I. 13). Inde haud procul, a municipio Arad septentrionem versus adiacebat pagus Ség.

et Matthias taliter convenerunt, quod darent adversario suo viginti et quinque marcas et iidem iudici satisfacerent et pristaldo, et, si compotes sui existerent, jejunarent pro homicidio. Item Geka convenit dare adversario suo quatuor marculas, et satisfacere iudici et pristaldo.

Nr. 90. (316.)

Bolosoi de villa Bulkan,[1] coadiuvante patruo suo, scilicet: Kyna et aliis cognatis suis, videlicet Elur, Bot, Benedicto et Georgio, impetierunt quosdam de alio Balkan, scilicet Poth, Vilman, Detreh, Laurentium, Mazam et Thomam de occisione patris sui, scilicet Zudę, iudice Michaële, curiali comite de Zobols, pristaldo Mathaeo de villa Bozt. Poth combustus est, reliqui iustificati.

Nr. 91. (317.)

Gyuna de villa Dabra[2] coepit duos boves suos apud Vosos de villa Torsa,[3] praedio Angyolus, dicens illos furto sibi sublatos. Ille respondit, se emisse a quodam convillano suo, nomine Sogyon. Qui cum negaret, Vosos impetiit alium convillanum suum, Sumptam nomine, de fideiussione, qui cum et ipse negaret, Vingizlou comes de Zothmar, per Pristaldum nomine Chentu, misit Waradinum, ubi Vosos, portato ferro, combustus est.

Nr. 92. (318.)

Achus et Butha de villa Cheusci[4] impetierunt Gabum, Nicolaum, Tecum, Petrum et alium Petrum de Humuroc[5] pro latrocinio, iudice Paulo, curiali comite de Bichor, et biloto Cibout, pristaldo Martino de Curmusd.[6] Waradini autem praedicti impeti-

[1] Nunc Balkány in com. Szabolcs.

[2] Nunc Dobra in com. Szatmár.

[3] Ér-Tarcsa, nunc pagus com. Bihar.

[4] Csószi, olim pagus prope Körösszeg-Apáti in com. Bihar.

[5] Nunc Magyar-Homorog ibidem.

[6] Nunc Körmösd praedium a Berek-Böszörmény septentr. occidentem versus.

tores subterfugerunt iudicium ferri candentis, dicentes, se falso petiisse illos de latrocinio.

Nr. 93. (319.)

Mogus et Scegu de villa Vduori,[1] coadiuvantibus convillanis eorum, impetierunt Janum, convillanum suum de furto, iudice Martino comite, pristaldo Vois. Janus, cum solvi deberet, confugit ad ecclesiam, dicens se combustum.

Nr. 94. (320.)

Paulus de villa Zuna[2] impetiit convillanum suum, nomine Scemam de veneficio, iudice Farcasio archidiacono de Zounuc, pristaldo Stephano. Waradini Paulus absolvit illam, spondens se satisfacere iudici. Illa vero satisfaceret pristaldo et Capitulo.

Nr. 95. (321.)

Uxor Teleguen et filius eius, Cumpert, impetierunt duos servos Olodarii, videlicet Sal et Bodun, et duos ioubagiones Joannis, scilicet Sudam et Volcu, et totidem servientes Beli, scilicet Joannem et Petrum, pro latrocinio, iudice Nicolao comite Palatino, pristaldo Philippo et illi quidem sex Waradini, portato ferro, iustificati sunt; sed oraeter illos praenominati accusatores impetierunt Albeum, ioubagionem Johannis et deminum Sceuezeu ioubagionem abbatis de Heuiuz.[3] Quorum Albeus, sentiens se esse combustum, confugit ad ecclesiam. Sceuezeu vero combustus est.

Nr. 96. (322.)

Adam filius Bolosoy de villa Ieneu,[4] impetiit convillanum suum, nomine Paulum, dicens, quod unum servum suum, nomine

[1] Udvari prope pagum Szerep olim in com. Szabolcs, hodie Bihar. Infra nr. 168, 239. 286, 366.

[2] Nunc Szuna praedium penes pagum Peér in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.

[3] Nunc Tapolcza in com. Borsod ab oppido Miskolcz meridiem versus.

[4] Nunc Bihar-Kis-Jenő a Varadino orientem versus.

Votam et alteram ancillam suam scilicet: Scencam, sororem eiusdem, vi ab eo abstulisset. Paulus respondit, se emisse ab eo, non vi abstulisse illos, et adduci testes. Quos Paulus, curialis comes de Bichor, discutiens per pristaldum, nomine Ducam, misit Waradinum ad iudicium ferri candentis. Interea convenerunt cum scientia iudicis, a quo etiam Waradinum transmissi contestati sunt coram capitulo et pristaldo, se ita convenisse, quod Adam satisfaceret iudici, Paulus vero pristaldo, et idem Paulus daret Adae unam marcam et dimidiam.

Nr. 97. (323.)

Filii ioubagionum Sancti Regis de villa Gyan,[1] scilicet: Ychu, Vnicus et Matthias et filii ioubagionum, descensum comiti persolventium, de alia Gyan,[2] scilicet: Dionis, Forcos, Johachin, Wruz, Endus, Fuc, Sypeu, Ysou et alii, et item de tertia Gyan,[3] castrenses scilicet: Sama, Meckad, Obud, Medue, Ficed, Cibrian, Kidol et alii,[4] coadiuvantibus castri Bichoriensis ioubagionibus, scilicet Luca, principe exercitus,[5] Forcasio, filio Symoud, Vros filio Sicou, Bibo filio Paschę,[6] et Tegek[6] centurionibus, Petro quoque maiore praeconum,[7] impetierunt clericum, nomine Magnum, de eadem villa, filium Galdu, dicentes ipsum extorrem, nec habere aliquod ius fundi, nec agri. Ille autem respondit, se habere separatum ius fundi et ius agri ad tria aratra et super hoc se iustificatum esse etiam alias, iudice Moch comite Palatino et Bichoriensi, et pristaldo nomine Tupa filio Pauli[8] de villa Gurbey.[9] Quod cum adverrarii negarent, Paulus, curialis comes de Bichor, ex praecepto do-

[1], [2], [3] Nunc pagi Köte-Gyán, Mező-Gyán et Vizes-Gyán in com. Bihar. V. Supra 24, 40 infra 142, 161.

[4] In editione principe: aliis.

[5] V. infra nr. 161, 165.

[6] V. infra nr. 165.

[7] In editione principe erronee: praeconio.

[8] V. infra nr. 116.

[9] Pagus olim prope Püspök-Ladány existens V. Anjoukori Okm. V. 515.

mini sui, Micę comitis, hujus causae iudex constitutus, iussit Magno praenominatum pristaldum huius causae adducere. Qui dato termino adductus et inquisitus, perhibuit testimonium iuxta omnia, quae Magnus asserebat. Tunc adversarii obiecerunt ei vitium falsitatis, dicentes ipsum falsum esse pristaldum. Paulus itaque iudex eorum praecepit assessores iudicis, cuius se pristaldum asserebat, adducere. Dato igitur termino, adduxit Joancam comitem, filium Johannis comitis, Clementem cum fratre suo Saul, de genere episcopi Budlu, item alium Clementem de genere Borsa, Germen de villa Sisol de parochia Sumugiensi,[1] Salomonem de ponte Cepan,[2] et Fira, curiales comites dominae Eufemiae,[3] Nicolaum filium Wgra, Pos de villa Vndoch[4] et alios. Ex his itaque omnibus electi sunt secundum optionem adversantium Johanca, filius Johannis comitis, et Salomon, ut illi cum praenominato pristaldo in monasterio Vgra[5] iurantes, pristaldum veracem esse comprobarent. Ad praedictam autem ecclesiam venientes, pristaldo et testibus iurare volentibus, adversarii eorum noluerunt eos adiurare. Supradictus ergo iudex, serie totius causae domino suo, Micę comiti, recitata, et auctoritate ipsius firmiore[6] accepta, saepe iam memoratos homines de villa Gyan iudiciali sententia condemnavit, et praefatum Magnum in possessione terrae suae confirmavit, dato pritaldo nomine Dyonisio filio Ompud, de provincia Zaránd, de villa Vosian.[7] Ipse quoque praefatus iudex cum eisdem adversariis

[1] Csicsaiy olim pagus, nunc praedium in com. Somogy ab oppido Karád septemtrionem versus.

[2] Olim pagus Csépán inter oppidum Bihar et pagum Nagy-Szántó adiacebat. Memoriam eius retinet quaedam particula agri.

[3] V. supra nr. 75, 79, infra nr. 174.

[4] Hodie Andacs praedium ab oppido Nagy-Szalonta septemtrionem et orientem versus.

[5] Pagus Ugra iuxta fluvium Crisium velocem, olim Monostoros-Ugra nuncupatus.

[6] In editione principe erronee: firmiorum.

[7] Aut pagus Gyula-Varsánd, aut pagus Fazekas-Varsánd in com. Arad, olim Zaránd.

Waradinum deveniens coram ipsis Simone episcopo, totoque[1] Capitulo totam executionem hujus causae, exaratam superius, oretenus fuit contestatus.

Nr. 98. (324.)

Galaldu et Fitoc de villa Tuluoy, item Ega de villa Guar et Mogus de villa Panad[2] et Hozuga de villa Yka, et Teka de villa sancti Georgii,[3] ut pristaldus dixit, nam solus Teka de illis fuit Waradini in executione huius causae, impetierunt dominum Bogui[4] de villa Yka, pro homicidio, iudice Paulo comite de Békés et pristaldo Pochiu de villa Zucur. Boguir itaque, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 99. (325.)

Teulegyn, Trebus et Vosos, cum occisus esset quidam cognatus eorum, scilicet Somoc, impetierunt[5] quosdam scilicet: Man et Budam de occisione illius; sed et Pudu et Banalc suspecti[6] habiti sunt, quod et ipsi conscii occisionis exstiterint. Rachael[7] sic igitur comes de Kuckelluu[8] per pristaldum, nomine Moncu, misit Waradinum, ubi Pudu et Banalc, portato ferro, iustificati sunt.

Nr. 100. (326.)

Alexander, filius Theodori de Tomoi,[9] impetiit Paulum, fratrem Heim, de destructione trium praediorum, id est dampno

[1] In editione principe erronee: totique.

[2] Nunc Pányád particula agri, a pago Vésztő occidentem versus in com. Békés.

[3] Olim pagus prope Füzesgyarmat in com. Békés, alio nomine etiam Teked nuncupatus.

[4] Supra nr. 36 Bosur infra Boguir nr. 210. Bochyur.

[5] In editione principe erronee: impetiit.

[6] In editione principe erronee: suspectui.

[7] Recte: Raphael.

[8] Idest comes castri a fluvio praeterlabente Küküllővár vocati.

[9] Nunc praedium a Tisza-Abád meridiem et orientem versus.

sexaginta marcarum, iudice Salomone, comite de Bachu, ex praecepto regis Andreae, pristaldo Timodeu de Zala. Homo itaque Alexandri,[1] portato ferro, iustificatus est.

Nr. 101. (327.)

Jacou, filius Pata,[2] impetiit Chekam, ioubagionem Andreae, de absconsione cujusdam fugitivae ancillae suae cum quinque marcis, et pro Cheka stetit dominus suus, Andreas. Dampno itaque octo marcis appretiato, Paulus, curialis comes de Bichor, misit Varadinum, dato pristaldo, nomine Amando, ubi homo Iacou, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 102. (328.)

Paul de villa Sciguetij,[3] portato ferro, iustificatus, probavit se duos equos, in vadio acceptos, servo Micę comitis, scilicet Scemel, cum conscientia Ereu procuratoris tradidisse, iudice Mica comite, pristaldo Keue.

Nr. 103. (329.)

Ioubagiones de Zobozlo, scilicet: Igeben, dux exercitus, Bedę,[4] Bela, Vodosa, Isaac centuriones, item Cicolou, varnogio et Peter archipreco impetierunt Cotlobam et Cepanum de violenta occupatione terrae castri. Cotloba autem respondit, se terram eandem pro aliquo forefacto prius amisisse et adepta venia, cum rex reddi sua per Cepanum Palatinum comitem praecepisset, nullus ei, in eam terram redintranti, contradixisset. Nicolaus itaque Palatinus comes, iudex eorum, praecepit ei adducere pristaldum restitutionis; et ille adduxit Azariam, de villa Nechemér,[5]

[1] In editione principe erronee: Alexander.

[2] Conf. supra nr. 15. 68 et infra nr. 110.

[3] Nunc Szigeti praedium prope Bélfenyér vel praedium Szigeti penes Pap-Tamási in com. Bihar.

[4] Alibi Beda V. supra nr. 32.

[5] Lecsmér in' com. Szilágy alias Kraszna. Azariam hunc V. supra in nr. 1.

cui testimonium de restitutione perhibenti[1] supradicti aduersarii contradicere non audentes, condempnati sunt. Iudex itaque terram, de qua scilicet agebatur, praedictis Cotlobę et Cepano fecit confirmare, dato pristaldo, nomine Farcasio de villa Loc, Qui terra illa confirmata legitime, cum centurione Ysaac nomine, qui se a sociis suis centurionibus transmissum esse perhibuit, rem gestam Waradiensi Capitulo contestatus, praesentibus litteris fecit aeternari.

Nr. 104. (287.)

Aegidius de villa Lazd[2] impetiit pelliparium ecclesiae de Igged,[3] nomine Kana de villa Sashad pro furto, iudice Paulo, curiali comite de Bichor, pristaldo Orochi de villa Boctu.[4] Kana, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 105. (288.)

Somzou, Sama, Chegur de villa Gyagya[5] impetierunt quosdam de villa Orobag, scilicet: Cogy, Sceman, Ballum, Vros, Votam et de villa Tuca[6] Vsam, pro damno decem marcarum, arbitris Georgio, Jano, Ambrosio, Guthmar, Johachin, pristaldo autem Bata.[7] In septimana *Ecce Deus:*[8] Cogy, Scema, Balu, Vros, Vota et Vsa non venerunt; sed dominus eorum misit excusatorem pro eis dicens, quod[9] ipse in praedicto termino debuit esse apud Palatinum, et ideo ioubagiones sui praenominati sine ipso venire Waradinum non potuissent.

[1] In editione principe: perhibendi.
[2] Supra 64, infra 166.
[3] Monasterium Egged vel Egyed a Diószeg septentrionem versus in com. Bihar.
[4] Nunc pagus Bojt in com. Bihar. Conf. supra nr. 2, infra 110, 286.
[5] Nunc Dada iuxta Ticiam in com. Szabolcs.
[6] Nunc praedium prope Polgár in com. Szabolcs.
[7] Infra nr. 106.
[8] Idest diebus 20—27 m. Julii a. 1214.
[9] In editione principe: et quod.

Nr. 106. (289.)

Beche de villa Tarian[1] impetiit praedictos Balum et Scemam, de dampno unius et dimidiae marcae coram eisdem arbitris, et eodem existente pristaldo,[2] et eodem termino, sed, ut praedictum est, Balu et Scema non venerunt.

Nr. 107. (290.)

Volura litigavit cum Petro, dicens, quod Petrus debebat ei marcam unam argenti et cum repeteret illam, Petrus negasset, se in aliquo ei teneri, insuper et vituperasset eum, et gladium super ipsum evaginasset. Quos Joachin, vicarius iudex Ladislai, comitis venatorum bubalinorum, discutiens per pristaldum, nomine Stephanum, misit Waradinum, ubi taliter pacificati sunt, quod Volura dimisit Petro totum quicquid requirebat, et idem ipse dabit Petro unum fertonem. Petrus autem satisfaceret iudici et pristaldo et ambo semper essent in pace.

Nr. 108. (170.)

Petrus et Bahan de villa Hot[3] impetierunt Gyrcum convillanum suum de furto, iudicibus Paulo, curiali comite de Bichor et Cybout biloto, pristaldo Hyvad de villa Iraz.[4] Dominus itaque Gyurc (sic) combustus est.

Nr. 109. (171.)

Cata de villa Nec[5] egit cum Tecu et Bartholomeo et Butha iudice Paulo, curiali comite de Bichor, pristaldo Buda. Cata itaque combustus est.

[1] Nunc Tisza-Tarján in com. Borsod.

[2] Supra nr. 105.

[3] Nunc praedium Hat a pago Komádi occidentem versus in com. Bihar. Supra nr. 16.

[4] Nunc praedium Iráz ibidem. Infra nr. 135, 159.

[5] Pagos, Nyék nuncupatos habuit olim com. Bihar tres. De quo hic sermo? erui haud potest. Supra nr. 51. Infra 157.

Nr. 110. (172.)

Adam, filius Pote,[1] impetiit Iacum et Modam de villa Kerecu[2] pro furto,[3] iudicibus Paulo, curiali comite de Bichor, et Cydout (sic) biloto, pristaldo Orochy de villa Boct.[4] Iacus et Modan iustificati sunt.

Nr. 111. (173.)

Kereu de villa Ponoz,[5] impetitus de furto, portato ferro, iustificatus est, iudice Paulo, curiali comite de Bichor, pristaldo Laurentio de Bichor.[6]

Annus 1215.

(112—123, 124—137, 138—147, 148—151 = 174—185, 273—286, 191—200, 291—294.)

Nr. 112. (174.)

Valerianus cantor, Michaël custos, Gerardus decanus, Joachin,[7] et Moust archidiaconus Varadiensis, et omnes alii universis, quibus literae praesentes exhibentur, salutem in Domino. Venit ad nos in septimana *Exurge*[8] quidam pristaldus, ut ipse dixit de se, nomine Bolosoy, de villa Bobona,[9] cum quibusdam villanis de Yku, scilicet: Roma, Syca, Sumoz et Olodaro et dixit, quod universi villani de

[1] Idest Patafia Ádám. Conf. Kubinyi. Árp. okl. I. 13. Supra 15.

[2] Nunc pagus Nagy-Kereki in com. Bihar. Conf supra nr. 68, 101, infra 236 In vicinitate est praedium Ádám quod fors huius Adam, filii Pata, domicilium fuit ab eoque nomen accepit.

[3] In editione principe erronee : fnrto.

[4] Nunc Bojt in com. Bihar prope Nagy-Kereki supra nr. 2. 104 286.

[5] Postea Pázmány-Panasz, ab oppido Berek-Böszörmény orientem versus.

[6] Infra nr. 115.

[7] Supra nr. 30, infra nr. 137.

[8] Idest diebus 22—28. m. Febr.

[9] Pagus Tisza-Bábolna in com. Borsod.

Horz et de Erdev et de Zehtu et de Bala et de Quer[1] et de Zaka[2] et de Barca,[3] coadiuvantibus Novi Castri ioubagionibus, scilicet: Jordano, praefecto castri, et Poson archiprecone, impetiissent praenominatos quattuor villanos de Iku et item Laurencium, Cyubam, Forcos et Somotam, quod essent quidem ioubagiones, sed de castrensibus exempti. Illi autem dixerunt naturales ioubagiones esse, qui scilicet liberi Sancti Regis nuncupantur, coadiuvantibus eos, ut idem pristaldus dixit, ioubagionibus castri, scilicet: Forcos, principe exercitus, Soma, Vidard, Joanne, Zolos, Leustach, Jacobo archiprecone. Quos Michaël, curialis comes de Henes (sic), ex praecepto domini sui, Alexandri comitis de Novo Castro, ut pristaldus dixit, discutiens misit Varadinum, ubi praedictus pristaldus, et item Roma, Syca, Sumoz et Olodar et quidam ioubagio castri, nomine Georgius missus, ut ipse dixit, a Forcos, principe exercitus et coadiutoribus suis, fuerunt in termino, scilicet: hebdomada *Exurge*. Adversarii vero eorum non comparuerunt et supradictus pristaldus dixit, quod iudex praefatus scilicet: Michaël, pro convicta et condemnata parte haberi mandasset eam partem, quae non veniret; sed hoc nos nescimus.

Nr. 113. (175.)

Thomas de villa Vislu[4] impetiit convillanum suum, nomine Mert, de furto, iudicibus Louchiad, biloto, et Menger et Mer, praefectis villae, pristaldis Dirs et Sroub. Mert iustificatus est, portato ferro.

114. (176.)

Paulus de villa Rahas,[5] filius Petri, impetiit Paulum, filium Sceresun, de alia Kahas furto, iudice Christophoro comite de

[1] Nunc pagi Nagy- et Kis-Kér prope Abauj-Szántó.

[2] Nunc praedium Szaka iuxta fluvium Hernád in vicinia pagi Nádasd.

[3] Pagus Bárcza a municipio Kassa ad meridiem.

[4] Nunc pagus Visoly in com. Abauj.

[5] Recte sicut linea sequens ostendit: Kahas, idest Kávás, nunc Ér-Kávás in comitatu Szilágy alias Közép-Szolnok.

Zounuch, pristaldo Voad de villa Kers. Paulus, filius Sceresun, combustus est.

Nr. 115. (177.)

Guda de villa Zudurou[1] impetiit Zot et Benum de villa Chaba pro damno octo marcarum violenter illato, iudice Paulo, curiali comite de Bichor, pristaldo Laurentio de eadem Bichor.[2] Guda itaque combustus est.

Nr. 116. (178.)

Ioannes et Mischa, filii Buchiku, et Tupa filius Pauli[3] citauerunt filios Hylary, scilicet: Isou, et nepotem eius, scilicet Isaac, ante Simonem, bilotum de Bikes, pro furto. Qui, cum ad septem terminos non venissent, praedictus iudex nunciauit Palatino comiti. Ille autem iussit eos proclamari per fora comprouincialia sub ea interminatione, quod si non[4] venirent, vel ad iudicium biloti, vel ad iudicium ferri candentis Varadinum, pro furibus publicis et conuictis haberentur. Illi itaque venerunt ad bilotum, bilotus autem per pristaldum, nomine Gabrielem, misit ad candens ferrum Varadinum, sed in termino, quem pristaldus dixit utrique parti praefixisse, Varadini non comparuerunt.

Nr. 117. (179.)

Nicolaus, filius Angelus, impetiit Iuam, filium Ioannis, de decem marcis et uno capite hominis violenter ablatis. Quos Heimu[5] comes, iudex a rege Andrea delegatus, discutiens per pristaldum, nomine Cheger, misit Varadinum. Ubi homo Nicolai, portato ferro, iustificatus est.

[1] Nunc Ér-Szodoró in com. Szilágy alias Közép-Szolnok.
[2] Supra nr. 111.
[3] Supra nr. 97.
[4] In editione principe erronee: quod non.
[5] Supra nr. 39, 72 Infra nr. 133.

Nr. 118. (180.)

Ceca de villa Curnad impetiit ioubagionem Petri, nomine Geus et servum eiusdem, nomine Tomam, pro furto, iudice Ecce comite de Clus, et bilotis Cherceg et Petro, pristaldo Vizozlou. Geus et Thomas, portato ferro, iustificati sunt.

Nr. 119. (181.)

Salta de villa Sadan[1] impetiit Mogum de villa Pagit[2] pro furto, iudice Vencezlao comite de Zothmar, pristaldo Pousa de villa Ticud.[3] Mogus in termino, quem pristaldus dixit utrique parti praefixisse, Varadini non comparuit.

Nr. 120. (182.)

Ogyuz et Tumulot, iobagiones castri Zounuc, impetierunt quosdam de villa Kezuga[4] Joab, Moc, Meduen et Forcos, et de villa Peresnek[5] Tibam et item ioubagiones Petri, scilicet: Kesam et Micou de damno decem marcarum, facto per violentiam, iudice Mica, comite Bicoriensi a rege delegato, pristaldo Jano, de villa Cheydreh.[6] Homo Ogyuz et Tumulot, nomine Cherpha, portato ferro, combustus est.

Nr. 121. (183.)

Endre, hodnogio,[7] Petrus et Sebrec centuriones, item Vendeg et Zenast iobagiones castri de Zotmar impetierunt Voyzloum,

[1] Nunc Zsadány a municipio Szatmár meridiem et occidentem versus.

[2] Nunc Pátyod in propinquitate Csenger com. Szatmár.

[3] Nunc Tyukod ibidem.

[4] Lectio erronea pro Rezuga, quod nomen pagum Reszege significat, a Nagy-Károly meridiem et occidentem versus situm.

[5] Mox Peleznek, postea Peneznek et inde nomen hodiernum Penészlek. in vicinitate pagi prius memorai Reszege.

[6] Serius Hedruh, penes municipium Szatmár. V. Fejér. Cod. Dip. VIII/5 110.

[7] Infra nr. 287. erronee: Andrea Chod Nogione.

Ioubot, Potonam, Bodam, Bartoleum, Latum de villa Guernezt,[1] dicentes, quod ioubagiones essent de castrensibus exempti. Ipsi vero dixerunt se esse ioubagiones naturales, qui scilicet: ioubagiones sancti Regis dici solent. Quos Vingyozlou, comes de Zothmar, discutiens per pristaldum nomine Kazmer de villa Petus misit Varadinum ad candentis ferri iudicium. Quo cum venissent, Vendeg, ex parte coadversariorum suorum se missum esse asserens, ex parte illorum et sua subterfugit candentis ferri iudicium, dicens, adversarios praenominatos naturales iobagiones esse, scilicet: iobagiones sancti Regis, et se cum sociis suis iniuste illos impetiisse.

Nr. 122. (184.)

Bacina de villa Mogos Mortu[2] impetiit uxorem Simonis de villa Apa[3] dicens, quod quidam servus Martini Comitis, nomine Vota, filium suum occidisset, ipsa praesente et consentiente in mortem filii illius. Mica, Bichoriensis comes discutiens, per pristaldum, nomine Prena, misit Varadinum, ubi praefata mulier, portato ferro, iustificata est.

Nr. 123. (185.)

Ypolitus de villa Halap[4] impetiit uxorem Vogis, de eadem de damno trium marcarum, iudice Kelem comite, pristaldo Petro de eadem villa. Mulier, portato ferro, iustificata est.

[1] Gernyez vocatus est olim unus vel alter locorum, nunc Terem nuncupatorum in comitatuque Szatmar adiacentium, vel potius pars quaedam horum pagorum (Csánki o. c. I. 487). Adeoque haec villa Gernyez aut in territorio pagi Mező-Terem aut praedii Puszta-Terem extitit.

[2] Magas-Mart olim pagus prope Aranyos-Medgyes in com. Szatmár. Nunc Patóháza.

[3] Apa pagus in com. Szatmár ab oppido Aranyos-Medgyes meridiem et orientem versus.

[4] Supra nr. 37.

Nr. 124. (273.)

Stephanus de villa Terepes[1] impetiit convillanam suam, nomine Deduham, et filiam suam, scilicet: Penam et filium suum, Pousam, de maleficio, iudicibus Abel, archidiacono de Herdeud,[2] et Job comite assessore, pristaldo Toma de Herdeud. Deduha et Pena et Pousa, portato ferro, iustificatae sunt.[3]

Nr. 125. (274.)

Paulo, filio Hecy, furtim bos est sublatus, quem, dum investigasset, invenit in domo Unicę de villa Dusunic,[4] praedio monasterii sancti Joannis Baptistę.[5] Qui Unica citatus ad iudicem cum convillanis suis, absolvit convillanos suos, et statuit quendam, nomine Egiud de villa Jztharyi,[6] praedio Michaëlis, dicens, quod ille cognatus suus esset et ipse declinans in domum suam ex consuetudine consanguinitatis adduxisset illuc bovem illum. Quod cum ille negaret, Demetrius, curialis comes de Bichor et Tupsa bilotus, per pristaldum, nomine Cozmam, miserunt ad ferrum iudiciale Waradinum. Ubi Egyud, portato ferro, combustus est.

Nr. 126. (275.)

Boynuc de villa Vosvaryi[7] impetiit generum suum, nomine Tecus, de villa Catar,[8] pro occisione uxoris suae, sororis scilicet eius, iudicibus Hisce, curiali comite de Zathmar, et Gabriele, vicearchidiacono, pristaldo Forcos de villa Gylian.[9] Tecus, portato erro, combustus est.

[1] Nunc Tőke-Terebes in com. Szatmár.

[2] Erdőd in com. Szatmár.

[3] In editione principe erronee: iustificata est.

[4] Nunc in territorio pagi Nagy-Kereki est Duzsnokere.

[5] Infra nr. 364, 387. Monasterium Szentjános in ripa Crisii Velocis n com. Bihar.

[6] Nunc Esztár iuxta fluvium Berettyó.

[7] Nunc Batiz-Vasvári in com. Szatmár.

[8] Nunc Tatárfalva iuxta fluvium Szamos ibidem.

[9] Postea Gelyényes et adhuc serius Pálfalva in propinquitate municipii Szatmár. Conf. Sztáray okltár 24.

Nr. 127. (276.)

Sama, castrensis de Zounuc, de villa Sugu[1] impetiit Pousam, filium Pauli, de villa Zolos,[2] dicens, quod[3] suus esset concivis, et, ut ipse Sama et pristaldus suus, Absalon, dixerunt, iuverunt ipsum Samam in hoc ioubagiones castri Zounuc; sed solus Sama fuit in executione[4] huius causae Waradini Ille autem dixit se esse liberum et Teutonicum genere. Quos Angelus, curialis comes de Zounuc, per praedictum pristaldum misit Waradinum. Ubi praefatus Sama subterfugit candentis ferri iudicium, dicens, quod falso impetiisset Pousam pro suo concive.

Nr. 128. (277.)

Varou de villa Petri,[5] dum quidam mercatores salis de provincia Zala cepissent bovem apud eum pro furtivo et tributarii reginae causam mercatorum illorum tenendam suscepissent, iudice Angelo, curiali comite de Zounuc, pristaldo Rogero, Varou missus a praefato iudice Waradinum, venit cum suo pristaldo, adversarii eius non venerunt.

Nr. 129. (278.)

Cum Neuca Vajuoda direxisset ad iudicium ferri candentis Laurentium de villa Belud[1] contra Capitulum Albensis ecclesiae Transilvaniae per pristaldum Laurentium de villa Poznan, praedictus Laurentius convenit dare Capitulo marcas duodecim, et servum, qui requirebatur, dimittere fratri suo Nicolao super iuramentum suum. Qui si non iuraret, servus sibi, scilicet Laurentio redderetur.

Nr. 208. (40.)

Nogud, ioubagio monasterii Debrev,[2] portato ferro, pro facto contra ioubagiones Agrienses, scilicet Ved et Vacy, Iudice Bank, pristaldo Paulo, iustificatus est.

Nr. 209. (41.)

Ismaëlitae de Nyr,[3] Iliaz et Pentek, coadiuvantibus aliis impetiere ioubagiones Martini comitis ne villa Vamus[4] de latrocinio, scilicet Egud, Botyka, Zobotha, Karasun, Torka, Zekus, Ioacyn, Tukay, Iroslou, Iacobum, et item ioubagiones monasterii de Taplucia,[5] pertinentis ad genus Mizidaczij,[6] de eadem villa, quorum nomina sunt haec, Benedic, Nunige, Zobozló, Borathe, Henuc, Lusutha, Zamacziomut, Buchi, Tomas. Pro his[7] omnibus Egud et Benedictus pro se ipsis et aliis, portato ferro, iustificati sunt, iudice Bank, pristaldo Bola.

[1] Béld pagus comitatus Alsó-Fehér penes Marusium prope Tövis.

[2] Debrő in com. Heves. Reus e com. Borsod oriundus erat (?) Conf. infra nr. 305.

[3] Supra nr. 139 infra nr. 326.

[4] Vámos pagus in com. Borsod.

[5] Nunc Tapolcza balneum et praedium a Miskolcz meridiem versus.

[6] Recte: Miscoucy idest Miskolcz.

[7] In editione principe: is

Nr. 210. (42.)

Ioubagiones de Bekves, scilicet Sungut,[1] Bot, Bus, Chysce,[2] Paul, Nefaut, Dionis, Tomas, Pether, Orocha, Vivor, Bochyur,[3] Elias et Usud, item ioubagiones de castrensibus exempti, scilicet, Reche, Banus, Ambus, et Tycus et postea universi castrenses, scilicet Mogug, Ega, Usud, Pous et omnes alii, conquaesti sunt domino regi Andreae super Sab et Sycund,[4] dicentes, quod iniusti ioubagiones essent, et dilapidatores rerum populi et depaupertatores omnium castrensium, et auctores mortis trium hominum. Supradictus autem rex commisit Iliȩ, comiti eorum discutiendos, qui dampnis castrensium computatis et in trecentis marcis eos dampnificatos esse comperiens per pristaldum, nomine Andreas de villa Egneg, misit eos Varadinum, ubi homo praedictorum castrensium nomine Pous, portato ferro, contra Sab et Sycund mundatus est.

Nr. 211. (43.)

Villani de Ponkata[5] impetiere convillanos eorum, scilicet, Rolandam et Laurentium dicentes, quod eorum peccatis exigentibus duarum marcarum dampna pertulissent, iudice abbate de eadem villa, et Andrea patrono eiusdem, pristaldo Georgio de Chonad. Rolanda et Laurentius iustificati sunt.

Nr, 212. (44.)

Vincentius, Vendegu, Voca de villa Roba[6] impetiere convillanos suos scilicet Esaum, Forcum, Petrum, Botam dicentes, quod eorum falsa suggestione quidam potens, nomine Voiavoda, in sex

[1] Infra nr. 310. 358.

[2] Infra nr. 310, 340.

[3] Supra nr. 36, 98.

[4] Infra nr. 358. Saeculo XVI. quaedam silva, inter Csaba et Békés sita, adhuc Sikondszeg nominata est.

[5] Nunc Pankota, olim in com. Zaránd nunc Arad.

[6] Nunc pars pagi Nyirsid in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.

marcis eos damnificasset. Illi responderunt, quod praenominatus Voiavoda non eorum suggestione quidquam eis subtraxisset, sed cum esset eorum centurio et ipsi castrenses, castrensium pensione debitores, pro debito censu tantum vel forte plus ab eis accepisset. Illi autem econtra dixere, se non castrenses esse, sed castri ioubagiones. Tobias igitur, curialis comes de Zounuk, eos et pro damno et pro conditione discutiens, misit Varadinum per pristaldum, nomine Stephanum de villa Mire Acnaya. Voca, portato ferro, pro se et pro fratribus suis mundatus, probavit, se et fratres suos et sex marcarum dampna pertulisse et se non castrenses, sed ioubagiones castri extitisse.

Nr. 213. (45.)

Absolon et Gyuri, filii Johachin, et Solomun, gener eiusdem. impetierunt Numicolohod archidiaconum et filium eius Ladislaum et fratrem eiusdem Numhium et filium eiusdem Tiburcium, hos omnes de villa Vosvari; item Jacobum de villa Achya, Mikulam de villa Sadan, cum filio suo, Andream de villa Popi, Michaelem de villa Chicu, Cornelium de villa Merluz; Tenkam de villa Maria, cum duobus servientibus, Andream et Felten de villa Monor, Demetrium, et Narad, et Toul de villa Ylye, et omnes villanos udvornicorum de Er,[1] pro quibus portaturus erat ferrum Thepsa, hos inquam omnes impetierunt de occisione praenominati Joachin.

[1] Cum lite impetiti homicidam Csanádini producere cogerentur, apparet, domicilia eorum in dioecesi Csanadinensi esse quaerenda. Hic igitur invenimus pagum Sadan hodie Temes-Zsadány et Monor nunc Munár vocatos. Pagus Popi serius Papi olim penes Marusium Aradino ad occidentem situs erat habuitque vicinum pagum Marján, cui villa Maria hic memorata, unica ultima litera demta, plene convenit. Villam Achya olim iuxta Füged inter villas Egres et Szerb-Szentpéter fuisse, aeque constat (Pesty: Krassó vármegye története. III. k. 311.). Pagus Vasvári (Voswar) circa a. 1371—72 in orientali parte com. Temes adhuc occurrit (Századok 1900. 611.). Villa Chiku verosimiliter eadem est, quae serius Chika scribitur et occidentem versus a Nagylak exstitit. Domicilium sexti fideiussoris, pagus Kopáncs (v. infra notam 6.) aeque dioecesis Csanádinensis partem, Marusio adiacentem indigitat.

Quos Nicolaus comes Palatinus discutiens, per pristaldum regis, Temam de villa sui nominis[1] et per pristaldum suum, Moulam nomine, misit ad iudicium ferri candentis Varadinum, ubi omnes praenominati adversarii taliter convenerunt, quod Absoloni et Gyurkoni persolverent septuaginta et unam marcas coram capitulo Agriensi, scilicet, viginti quattuor in festo Mariae Magdalenae,[2] et totidem et ibidem in festo Nativitatis Sanctae Mariae,[3] item viginti tres in festo Omnium Sanctorum.[4] Sed cum eis non crederent, praenominati Numuolohod, Nuhu, Mikula, Tenka et item Sopou de villa Achya, Abraham de villa Kupanchi,[5] et Nuodum archidiaconus pro illis fide iusserunt. Postea iidem adversarii convenerunt satisfacere iudici, partem vero pristaldi Absolon et Gyurko tenentur persolvere. Item saepe iam memorati Numuolohod et Nuhu deberent constituere Chenadini homicidam Opodinum.

Nr. 214. (1.)

Anno dominicae incarnationis Millesimo ducentesimo decimo nono pristaldus[6] regis, nomine Martinus de villa Shama[7] in provincia Suprutus, veniens cum curiali comite Moyad comitis, nomine Fiod, et clerico Urcondon, filii[8] Dionisii comitis, contestatus est nobis, divisionem terrae Hene,[9] ipso mediante factam, inter Moyad comitem et Nicolaum, nepotem eius, ex una parte, et Urcultus, filium Dionisii cum fratribus suis, hoc modo: quia, cum locus villae Henae in divisione Mayad comiti accidisset, Urcultus volens

[1] Tema hodie Tima praedium comitatus Vesprimiensis prope Pápa V. Turul 1901. 168. Csánki o. c. III. 256.

[2] Idest die 22-a Julii.

[3] Idest die 8-a m. Septembris.

[4] Idest die 1-a Novembr.

[5] Kopáncs. Olim duae villae huius nominis prope inuicem penes fluvium Szárazér in comitatu Csanád exstiterunt, imo ut praedia nunc quoque supersunt.

[6] In editione principe: pristaldo.

[7] Csoma in com. Bereg.

[8] Rectius: filis.

[9] Hene, ab oppido Nyir-Bogdány septentrionem versus in com. Szabolcs.

satisfacere, terram in Thoufő mensurando Mayad comiti pro eo dedisset. Sed Mayad comes eundem locum villae Urcundino et fratribus suis gratis concessisset. Ipsa vero terra Hene tali ordine metarum divisa inter praedictas partes perhibetur: prima itaque meta egreditur de terra Bogdan[1] et vadit ad Thoufő, et inde transit ultra Veyzlő et inde versus domum Urcultus etc.[2]

Nr. 215. (2.)

Yrgolin de villa Fon impetiit convillanam suam, uxorem Cheka, de veneficio. Quos Gregorius comes de Potoc[3] discutiens, misit Varadinum ad examen ferri candentis per pristaldum, nomine Thomas de villa Kaboy. Sed cum illa prae nimia senectute ferrum non posse portare videretur; idem iudex dispensans cum ea, filium suum, Modam nomine, portare ferrum pro matre sua praecepit, qui, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 216. (3.)

Choma de villa Petri impetiit convillanos suos, nomine Fugod et Aegidium, de damno rerum suarum ad aestimationem octo marcarum, iudice Laurentio, curiali comite[4] de villa Terebus. Praedicti viri, Fugod et Aegyd, portato ferro, combusti sunt.

Nr. 217. (4.)

Basilius, abbas de Curru,[5] impetiit quosdam pro furto scilicet Pazthu de Peles,[6] item Adrianum, Laurentium, Buhtem, Micon,

[1] Nunc Nyir-Bogdány.

[2] Conf. Wenzel. VIII. 199. Zichy I. 412—415.

[3] Comes Zempliniensis habebat altrerum nomen de Patak.

[4] Hic quaedam voces, nomina comitatus et pristaldi insinuantes, exciderunt. Adeoque situm pagorum Petri et Terebes (Terebus) determinare haud licet. Ignoratur enim, de quo comitatu est sermo.

[5] Kürü-monostora nunc Nagy-Kürü in com. Jász-Nagykun-Szolnok. Infra nr. 244, 245, 376, 387.

[6] Infra 245. Nunc Pilis, pagus com. Tolna.

Tekæ, Uduor, Ambrosium, Bencii, de Vecher[1] de villa Cheke,[2] item Homodoy, de villa Horz.[3] Qui, dum a Nicolao comite Palatino, facta discussione, ad iudicium ferri candentis, Waradinum essent in septimana *Domine in tua misericordia*[4] per pristaldum, nomine Chepanum de villa Ladan,[5] directi, non venerunt et praenominatus iudex rescripsit de eis, quod scriberentur pro condemnatis.

Nr. 218. (5.)

Reynold de villa Sucta[6] impeciit Ioannem et Achÿamanum, Vilalmum et Ornoltum de villa Buncii, de occisione sui filii, iudicibus Martino, curiali comite de Novo Castro et Gipolto, Teotomeo[7] hospite reginae,[8] pristaldis alio Acyamano de villa Buntii et Laurentio de villa Hensy. Praedicti homines, Joannes, Achyamanus, Vilalmus et Ornoltus, portato ferro, iustificati sunt.

Nr. 219. (6.)

Privatus de villa Ivren[9] impetiit Vocam de villa Pereznek pro furto, iudice Tobia, curiali comite de Zolnuk, pristaldo Giliano de villa Voznad. Fur Voka, portato ferro, combustus est.

[1] Recte: Devecher (nomen personale).
[2] Olim pagus com. Tolna.
[3] Harcz pagus com. Tolna.
[4] Idest diebus 2—9. m. Iunii a. 1219.
[5] Infra nr. 144, 245, 269.
[6] Nunc Zsujta a Göncz septemtrionem versus in com. Abauj. Hinc credibile videtur, sub nomine Buncii statim subsequenti oppidum Göncz (Gunch) latere.
[7] Recte: Teutonico.
[8] Conf. Wenzel. VI. 549.
[9] Nunc Iriny in com. Szatmár.

Nr. 220. (7.)

Villani de Nyr,[1] qui sunt pistores castri Zolnuk, impetierunt quosdam liberos homines eiusdem villae, scilicet Fecieten, Agya Michaëlem et alios eiusdem generis, dicentes eos extorres. Illi autem e contra dixerunt, se habere terram communem cum castrensibus a prima occupatione sui generis, iudice Nicolao Palatino comite, pristaldo Dettre de villa Maysa.[2] Homo castriensium, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 221. (8.)

Gugus, pristaldus, ut ipse dixit de se, Jacobi Vaciensis episcopi, statuit ante nos quendam, nomine Ipolitum, de villa Sap,[3] asserens, quod ipse Ipolitus impetiisset convillanos suos, scilicet, Jacob, Paulum, Moynolt, Crispen, Martinum et Dominicum, dicens: quod arassent per violentiam terram suam emptitiam. Illi autem respondissent, eandem terram, ad tria aratra, non emptione, sed vadio ipsum Ipolitum possedisse. Praefatus itaque episcopus, ipso videlicet Gugus pristaldo constituto, misisset utramque partem Varadinum ad examen ferri candentis, dato termino in octava S. regis Stephani,[4] et Ipolitus quidem cum praenominato pristaldo suo, Gugus, Varadini fuit, paratus candens ferrum portare. Adversarii autem eius in eadam septimana non comparuerunt.

[1] Memoriam huius loci retinet prima pars nominis pagi Nyir-Mon in com. Szilágy alias Közép-Szolnok.

[2] E situ bonorum Palatini Nicolai, filii Barcz, haud vane concludimus, hic pagum veterem Majsa comitatus Tolnensis notari. Hic pagus, Majsa, nunc praedium est ab oppido Regöly septemtrionem versus.

[3] Nunc Tápió-Sáp in com. Pest.

[4] Idest die 27-a m. Augusti a. 1219.

Nr. 222. (9.)

Abbas de loco Triskai[1] monasterio litigavit cum abbate monasterii Poroszló,[2] et patrono eiusdem ecclesiae, scilicet Borokun,[3] pro viginti marcis coram Bacione comite, iudice a rege delegato, pristaldo Primus de villa Vosyan.[4] Qui ad examen ferri candentis directi, taliter convenerunt, quod abbas de Porozló et Borokun darent abbati monasterii Triskai sex marcas, et iidem convenerunt dare unam marcam pristaldo, partem vero iudicis abbas Triskai persolvere teneretur.

Nr. 223. (10.)

Petrus, ioubagio castri Borsod, impetiit castrenses eiusdem castri, scilicet de villa Beleta, et de villa Lanczii et de villa Mulchun,[5] et de villa Zudesthan[6] et de villa Shazka,[7] dicens, quod officium eorum esset carceres custodire. Illi autem e contrario dixerunt, quod milites quidem castri essent ad belligerandum, non ad carcerem custodiendum. Quos Theodor, comes eorum, discutiens, per pristaldum nomine Stephanum de villa Nemeth,[8]

[1] Nunc Tereske in com. Nógrád a Vadkert meridiem versus. Confer. Knauz Mon. Strig. I. 424.

[2] Poroszló in com. Heves. Confer. Wenzel V. 202. et supra nr. 189, infra. nr. 328.

[3] E genere Sartiván ortus, qui etiam pagum, monasterio Poroszló vicinum, olim Iovan vel brevius Iván nunc autem Ivánka vocitatum sibi vendicare studuit. Confer, infra nr. 328. Wenzel. V. 202. Kandra, Adatok az egri egyházmegye történetéhez. I. 63. sed hoc corrigas secundum opus cit. Des. Csánki. I. 63. Habuit cognatum, Fancsika nomine. Károlyi család oklevéltára. I. 1.

[4] Pagus Varsány, sed quis e multis?

[5] Nunc pagus Mucsony ab Edelény occidentem versus in com. Borsod.

[6] Ut praemonuimus, literae H et Z pluries commutatae sunt in editione principe. Si proin hoc nomen Hudesthan legimus, facile agnoscimus in eo locum, qui a. 1439. et alias Hradystyan scribitur, nunc autem Radistyán vocatur et a Diós-Győr septemtrionem versus situs est.

[7] Nunc praedium Császta ibidem.

[8] Nunc Sajó-Németi in com. Borsod.

misit ad examen ferri candentis Varadinum, ubi praedictus Petrus renunciavit iudicio ferri candentis, dicens etiam, castrentes de praenominatis villis falso de custodia carceris impetiisse.

Nr. 224. (11.)

Castrenses Dubukaj de villa Mochy, coadiuvantibus eos[1] castri ioubagionibus, scilicet Queduelen, Tynta et Petrus impetierunt Cunpurdinum filium Teleguen, dicentes, quod ipse esset extorris et terram eorum vi occupasset. Ille autem dixit, dimidiam partem eiusdem terrae iure haereditario sibi attinere. Quos Demetrius Magister,[2] praecepto regis discutiens, per pristaldum nomine Adrianum de villa Scil,[3] ad examen ferri candentis misit Varadinum, ubi praedicti castrenses, cum nominatis ioubagionibus eorum subterfugerunt iudicium ferri candentis,[4] dicentes, dimidietatem supradictae terrae praefato Cumpurdino iure patronatus, sicut ipse astruebat.[5]

Nr. 225. (12.)

Zugna de villa Fecie impetiit Zemect de villa Vraka de furto, iudice Cumazan, curiali comite de Zobolch, pristaldo Karachun de villa Ekulch.[6] Praedictus fur Zemer Varadini, portato ferro, combustus est.

[1] Iu editione principe: eum.

[2] Demetrius e stirpe Csák, magister dapiferorum. Infra nr. 243, 268.

[3] Serius complete Szent-Péter-Szili, hodie tantum Szentpéter vel Füzes-Szentpéter vocitatus, pagus in com. Szolnok-Doboka alias Doboka. V. infra nr. 243.

[4] Hic editione principe erronee iterantur verba: misit Varadinum, ubi praedicti castrenses cum nominatis ioubagionibus eorum.

[5] Hic verbum: attinere, vel aliud synonimum desideratur.

[6] Olim pagus iuxta Ticiam in com. Szabolcs.

Nr. 226. (96.)

Minister[1] regis de villa Tivan et de villa Tót et tota provincia de Quemey[2] vociferati sunt coram Nicolao Palatino comite contra fures. Ex quibus tres homines Shak, scilicet: Voda, Queren, et Andreę (sic)[3] de villa Scerep[4] fuerunt Varadini cum pristaldo eorum, nomine Toma. Quorum Voda combustus est. Queren mundatus est. Andreę vero infirmitate praepeditus ferrum portare illa vice non posuit, sed, recepta sanitate, ab eodem iudice per eundem pristaldum ad portandum candens ferrum destinatus, Varadinum non venit et adversarii eius, dato suffragio, recesserunt.

Nr. 227. (97.)

Villani Kenesy, scilicet: Kerew, Uruz, Micus et omnes alii de provincia Doboka litigaverunt coram Turdemetz, curiali comite de Canar, cum villanis Peleka, scilicet: Turuzo, Jolegven, Gyok et aliis pro terra ad duo aratra, et ducentis capetiis frugum, dicentes, quod illam terram violenter occupantes coluissent; villani vero de Pelenka responderunt: quod terra castri et propria terra eorum esset. Quos praedictus iudex Turdemez discutiens per pristaldum Ochy de villa Scenta,[5] misit ad examen ferri Varadinum, ubi homo villanorum Kenesi, nomine Petrus, combustus est.

Nr. 228. (98.)

Guttredus, praepositus, impetiit Simonem et Briccium pro damno quindecim marcarum violenter facto, iudice Tobia, curiali comite de Zounuk, pristaldo Matthia de villa Dobur. Qui ad ferrum Varadinum directi taliter conuenerunt, ut Simon et Brictius darent

[1] Sic, pro ministri vel ministeriales.

[2] Territorium, archidiaconi de Kemej iuri obnoxium, intelligendum venit, quod a pago Tisza-Abád versus Karczag porrectum erat.

[3] Rectius Andreas aut Endre.

[4] Szerep, olim in com. Szabolcs, nunc Bihar.

[5] Csente pagus comitatus Doboka.

praeposito Guttredo tres marcas in die natiuitatis Sanctae Mariae[1] in loco Zanpto,[2] et iidem satisfacerent[3] iudici. Praepositus vero Guttredus pristaldo satisfacere convenit.

Nr. 229. (110.)

Anno dominicae incarnationis Millesimo Ducentesimo Decimo nono ioubagiones castri Karaznay, scilicet: Ruben, maior exercitus, Echilleus, varnog, Euzud et Pinna, centuriones, et Paradan et ciues eiusdem castri, scilicet: Byuncy, Vcyk, Mykus,[4] et caeteri traxere in causam Lulan,[5] filium Vacę[6] comitis, pro parte terrae suae, quae vocatur Poyaspotok,[7] dicentes, quod violenter illam occupasset. Praedictus vero Lula dixit, eandem terram iure haereditario se possidere. Martinus igitur comes, frater Seud, praecepto regis eos discutiens, posuit super iuramentum Lulę, qui super sepulchrum sancti Regis Ladislai corampristaldo regis, nomine Toma, filio Tup, de villa Mata,[8] et coram capitulo Varadiensi iurans, iustificatus est.

Nr. 230. (111.)

Ioubagiones castri Carazna, scilicet Ruben, Echileus, Euzud, Pinna et Paradan et ciues eiusdem castri, scilicet: Buncy, Vcyk, Micus[9] et caeteri traxere in causam Altum Leonardum, filium Poneci, pro quadam parte terrae suae, quae vocatur Cesar,[10] dicentes, quod violenter occupasset. Praedictus vero Leonardus dixit,

[1] Idest die 8-a Septembr. a. 1219.
[2] Nunc Tasnád-Szántó.
[3] In editione principe: idem satisfaceret.
[4] Iidem occurrunt in nr. 230.
[5] Error pro Julam. Supra nr. 17 et 161.
[6] Recte: Vate, genitivus nominis: Vata.
[7] Etiam hodie superest rivulus Pojáspatak inter pagos Varsolcz et Perecseny in com. Szilágy, alias Kraszna.
[8] Nunc praedium Máta a Balmaz-Ujváros occidentem versus.
[9] V. eosdem supra in nr. 229.
[10] Nunc Csiszér a Kraszna meridiem versus in com. Szilágy, alias Kraszna.

eandem terram iure haereditario possidere. Martinus ergo comes, frater Seud,[1] praecepto regis discutiens, posuit super iuramentum Leonardi. Qui super sepulchrum sancti Regis Ladislai coram pristaldo regis, nomine Toma, filio Tup de villa Mata, et coram capitulo Varadiensi iurans, iustificatus est.

Nr. 231. (112.)

Cureus[2] et frater eius Beda de villa Chytmeu[3] litigaverunt cum Toma et Mavog de eadem villa coram Smaraco Comite de Poson, qui discutiens eos per pristaldum suum Chequeum de villa Gormot[4] misit ad examen ferri candentis Varadinum. Ubi praedicti Tomas et Mavog convenerunt dare adversariis suis Euresdino, et fratri eius Bedę unam marcam et iidem pristaldo satisfacere. Iudicis vero partem Eureus et Beda dare convenerunt.

Nr. 232. (113.)

Ocy de villa Solumus[5] impetiit quatuor ioubagiones Belae de villa Guolozka de furto, quorum nomina sunt haec: Modoros, Chebae, Chymp, et Bud, iudice Tobia, curiali comite de Zounuk, et altero biloto Toma, pristaldo Galus de villa Domlun.[6] Varadini tres ex illis furibus, portato ferro, sunt iustificati: scilicet Modoros, Chebae, Chymp. Bud vero in dato termino non comparuit.

Nr. 233. (114.)

Vnuca de villa Zamtou[7] impetiit conuillanum suum, scilicet Paulum, de furto, iudice Qulqed, curiali comite de Bichor, pri-

[1] Vide in nro priori.

[2] Statim inferius Euresd et Eureus.

[3] Nunc Csökmő in com. Bihar.

[4] Nunc Füzes-Gyarmat in com. Békés.

[5] Nunc Solymos ab oppido Zsibó septemtrionem et occidentem versus in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.

[6] Post Damjon, Dampjon, nunc Dablyon ibidem infra nr. 254.

[7] Nunc Kis- et Nagy-Szántó pagi prope invicem siti in com. Bihar.

staldo Agard de eadem villa Zamtou. Paulus, portato ferro, dum die Dominica (*Da pacem*)[1] manum suam soluendam porrigeret, supradictus Vnuca renunciauit iudicio ferri candentis, dicens, se falsa opinione inductum supra nominatum Paulum de furto impetiisse.

Nr. 234. (115.)

Bartholomęus de villa Naduduor[2] impetiit Henricum, filium Pous, de eadem villa dicens, quod seruum suum, nomine Fatam, violenter ei abstulisset; at ille respondit, quia non, sed, cum pater eius, nomine Saturninus, teneretur ei in quinque marcis, duabus solutis, pro tribus dedisset ei seruum praenominatum, et super hoc adduxisset testes. Sed Mica, comes Bichoriensis, testibus productis non contentus, misit utramque partem Varadinum, ad examen ferri candentis per pristaldum nomine Joannem de villa Apaty,[3] ubi praenominatus Henricus, seipsum recognoscens, reddidit seruum Bartholomęo.

Annus 1220.

(235—239, 240—243, 244—253, 254—258, 259—263, 264—279 = 105—109, 121—124. 50—59, 186—190, 116—120, 13—28.)

Nr. 235. (105.)

Conprouinciales de Bichor vociferati sunt contra fures coram Mica comite Bichoriensi, iudice a rege Andrea delegato, qui, misso

[1] Idest die 29-a. m. Septembris a. 1219.

[2] Si Mike (Mika) hanc causam veluti comes Bihariensis, non vero veluti iudex a rege delegatus diiudicabat, tunc sub nomine Nádudvar aliquis pagus longe desertus comitatus Bihariensis habet, nam oppidum Nádudvar in com. Hajdú, olim Szabolcs hodie etiam vigens numquam potestati comitis Bihariensis paruit. Conf. supr. 61. infra nr. 235, 256.

[3] Infra nr. 261, 263.

pristaldo suo, nomine Zacheo de villa Nadudor,[1] et citatis furibus, facto iudicio, misit eos Varadinum, ubi Tunou de villa Kolond, portato ferro, iustificatus est. Oldruh de villa Harsan,[2] combustus est, sed fugit ad ecclesiam. Mourich de villa Vcam[3] combustus est. Mogluo de villa Iratz[4] iustificatus est. Hollus de villa Pescera[5] combustus est. Calondus de villa Bosold[6] combustus est, sed de ecclesia non exiuit ad solutionem. Iacob de villa Giontoy,[7] filius Forcos, portato ferro, latenter fugit.

Nr. 236. (106.)

Pousa de villa Kerequi[8] impetiit quendam, nomine Vnukam, de combustione domus suae et damno sex marcarum, iudice Kulqued curiali comite de Bichor, pristaldo Fulco. Praefatus Vnuka Varadini combustus est.

Nr. 237. (107.)

Hisce, seruus Farcasii de genere Katha, impetitus de furto a Lodomero[9] et comprouincialibus Zounuk, iudice Paulo comite de Chenadu, pristaldo Ioanca, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 238. (108.)

Zauida de villa Chroat[10] impetiit Gecham de praedio Demetrii,[11] pro boue furtim sibi sublato. Gioesa (sic) autem duxit quendam,

[1] Nádudvar Supra nr. 61, 234. Infra nr. 256.
[2] Nunc Harsány prope Körözsszeg in com Bihar.
[3] Nunc Okány in com. Bihar.
[4] Nunc praedium Iráz ibidem. Supra nr. 108, 159.
[5] Nunc praedium Peszere prope Ugra.
[6] Bozsód nunc praedium a Komádi septentr. orientem versus.
[7] Gyántê praedium ab Okány meridiem et orientem versus. Infra nr. 317.
[8] Aut Kis aut Nagy-Kereki in com. Bihar. Supra nr. 110.
[9] In editione principe erronee: Alodomero.
[10] Nunc Oláh-Horváti a Szilágy-Cseh orientem versus.
[11] Sine dubio Sző-Demeter a Tasnád occidentem versus.

nomine Saden de villa Bocka, dicens, quod ab ipso bouem illum emisset. Ille autem non contradixit, sed asseruit eundem bouem esse filium vaccae suae. Cui cum non crederetur, Vitalis, curialis comes de Zounuk, per pristaldum, nomine Nunchiz, ad examen ferri candentis misit Varadinum, ubi cum praefatus Saden ferrum esset portare paratus, praenominatus Zauida renunciauit causae suae, dicens, quod falsa opinione ductus bouem illum pro suo boue cepisse.[1]

Nr. 239. (109.)

Vedus de villa Gyurhc[2] impetiit Opochum de villa Guezt,[3] pro furto, iudicibus Quilged curiali comite, et biloto Forcasio, pristaldo Zugna de villa Uduory.[4] Varadini Opoch, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 240. (121.)

Vacy de villa Qezy[5] impetiit Nucam, Petrum, Urbanum, et Vd de praedio Demetrii, videlicet Eusȩ,[6] sed tamen castrenses Bichor, de latrocinio, iudice Qulged, curiali comite, pristaldo Agard de villa Medies.[7] Nues[8] portato ferro, fugit in ecclesiam et ad solutionem non exiit; Vd iustificatus est; Petrus et Urbanus Varadinum non venerunt.

[1] In editione principe erronee: coepisse.

[2] Forsan praedium Mező-Gyarak in com. Bihar a Szalonta septemtrionem occid. versus.

[3] Pagus Geszt in com. Bihar.

[4] Supra nr. 93, 168, infra 286, 366.

[5] Nunc praedium Répás-Keszi penes Szalonta in com. Bihar.

[6] Aut Pata-Ósi, aut Lél-Ósi nunc praedia haud procul a priori praedio Répás-Keszi.

[7] Olim pagus a Varadino occidentem versus.

[8] Recte Nuca.

Nr. 241. (122.)

Abbas de S. Henrico[1] et patronus ecclesiae impetiit filios Stephani, scilicet: Michud, Aladarum et Bazlou pro centum marcis violenter ablatis, iudice Benedicto Bano,[2] pristaldo Pouca de villa Cokot.[3] Qui cum Varadinum venerunt, filii Stephani conuenerunt dare abbati et patrono ecclesiae triginta marcas et satisfacere pristaldo; abbas vero iudici satisfacere conuenit.

Nr. 242. (123.)

Juna, ioubagio Laurentii de villa Yrund,[4] impetiit Gyomam, ioubagionem Erdey de villa Pauli,[5] pro dampno trium fertonum, iudice Erde, pristaldo Aegydio de villa Paul. Qui cum venisset Varadinum, Gyoma conuenit dare praedicto Junę septem pondera argenti et satisfacere iudici, pristaldo vero Juna satisfacere conuenit.

Nr. 243. (124.)

Vztras, frater Tubul, de villa Hongun impetiit ioubagiones castri Sasvar,[6] scilicet: Zoboslou, Vtesam, Bagdanum, Chequeleu, Polonk et castrenses de villa Drancy,[7] scilicet: Kraznet, Coetan, Visatam et alios de destructione praedii sui, scilicet dampno secundum aestimationem viginti marcarum argenti, iudice Demetrio magistro,[8] vice regis iudice, pristaldo Adriano de genere Kalatha de villa Scily.[9] Quibus Varadinum destinatis ad examen ferri candentis, homo praedicti Vztras, portato ferro, iustificatus est.

[1] Nunc Hegyköz-Szentimre pagus in com. Bihar.

[2] Infra nr. 291.

[3] Nunc pagus Kokad in com. Bihar. Supra nr. 181.

[4] Infra nr. 263.

[5] Hosszú-Pályi in com. Bihar. V. Bunyitay: A váradi püspökség története III. 241.

[6] Nunc Sásvár iuxta Ticiam in com. Ugocsa.

[7] Forsan pagus Darócz, qui a Beregszász occidentem versus adiacet.

[8] Supra nr. 224, infra nr. 268.

[9] Supra nr. 224. Szentpéter-Szili, hodie simpliciter Szentpéter in com. Doboka. Genus Kalatha alias genus Szil vocatum est.

Nr. 244. (50.)

Basilius, abbas de Curu[1] et curialis comes ejus, Lucas[2] impetierunt Joannem, filium Salomonis de genere Gledguth, pro destructione praedii ecclesiae scilicet damno ad aestimationem viginti quinque marcarum, iudice Nicolao Palatino comite, pristaldo Chepan, de villa Ladan[3] in prouincia Heugd.[4] Qui cum venisset Varadinum, praedictus Joannes conuenit dare sex marcas abbati et satisfacere iudici, abbas vero pristaldo satisfacere conuenit.

Nr. 245. (51.)

Basilius abbas[5] et curialis comes eius, Lucas, impetierunt Indiam de villa Peles,[6] de occulta retentione possessionum sui fratris, scil. Paztuh de furto condempnati,[7] scilicet, duodecim capitibus hominum, tribus equis, quinquaginta ouibus, duodecim bobus, sex aceruis segetum, iudice Nicolao Palatino comite, pristaldo Chepan, de villa Ladan.[8] Homo supradicti Indię Varadini, portato ferro, combustus est.

[1] Supra nr. 217, infra nr. 245, 376, 387.

[2] Infra nr. 245, 376.

[3] Supra nr. 217, infra nr. 245, 269.

[4] Vidimus supra in causa nr. 174 signata, scriptorem aut typothetam anni 1550 nomen Neuka legisse erronee Heuka. — Hinc etiam in nomine Heugd primam literam erronee pro N positam facile persuademur. — Si iam nomen Heugd rectius Neugd legitur, hoc nomine provinciam Neugrad, hodie Nógrád notari haud difficulter intelligitur. Nunc pagum in provincia (comitatu) Nógrád nullum occurrere, nihil obstat, nam dissimilitudo magna inter hodiernum et antiquum statum locorum cunctis eruditis Hungariae nota est.

[5] Supra nr. 217, 244, infra 376, 387.

[6] Supra nr. 217. Pilis pagus com. Tolna.

[7] Vide nr. 217.

[8] Supra nr. 217, 244, infra 269.

Nr. 246. (52.)

Vitun de villa Petur[1] impetiit convillanum suum, scilicet Crisium pro furto, iudice Paulo, comite de Ogocha, pristaldo Marco, de villa Luveu.[2] Crisius, portato ferro, mundatus est.

Nr. 247. (53.)

Petur de villa Vys[3] impetiit convillanum suum, nomine Cuqt, pro sexaginta ponderibus, iudice Stephano comite, pristaldo Dema de eadem villa Vys. Cuqt, portato ferro, combustus est.

248. (54.)

Ioannes de villa Veytech,[4] impetiit quosdam de villa Bagad,[5] Syencud, Bodam, Cyomoy et Barlabam, item de villa Mehus[6] Matthęum et Laurentium de furto, iudice Fila vicario Palatini, pristaldo Chyeka de villa Zthemur.[7] Praedicti fures Varadini, portato ferro, sunt iustificati. Postea[8] Sceta de eadem villa Bogad, qui, ut pristaldus dixit, citatus fuit et ipse venire Varadinum, non venit.

[1] Péterfalva, iuxta Ticiam in com. Ugocsa.

[2] Lövő, a Mándok meridiem versus in com. Szabolcs.

[3] Nunc Vis in ripa dext. Ticiae in com. Szabolcs in vicinitate Olasz-Liszka.

[4] Serius pagus Vétye in com. Somogy, pago Gamás ad septemtrionem V. Csánki. II. 656.

[5] Nunc Bogát pronuntiatur estque praedium Alsó- et Felső-Bogát nuncupatum in com. Somogy, pago Mernye ad occidentem.

[6] Méhes olim pagus in regione Mernye in com. Somogy. Csánki o. c. II. 628.

[7] Isztimér pagus penes Bodajk in com. Fejér.

[8] Potius: praeterea.

Nr. 249. (55.)

Bot, filius Laurentii de villa Horvath,[1] impetiit quendam de villa Usa,[2] nomine Sirund, pro verberatione matris suae ad mortem, quod scilicet misisset verberantes, et de damno suarum rerum iuxta aestimationem quinquaginta marcarum, iudice Petus, vicario Nicolai Palatini comitis, pristaldo Andrea de villa Qecher.[3] Praedictus Sirund, portato ferro, Varadini combustus est.

Nr. 250. (56.)

Andreas de villa Pa impetiit ioubagiones Dionysii scilicet, utrumque Forcasium et Bogdanum de damno unius marcae, iudice Dionysio, filio Simonis comitis, pristaldo Manogy de villa Cana. Homo Andreas (sic!)[4] portato ferro, iustificatus est.

Nr. 251. (57.)

Ecyul de villa Perl[5] impetiit Leopoltum, ioubagionem Schomę comitis pro furto, iudice biloto regis de Zounouc. Pristaldus Nicolaus de villa Mochy.[6] Leopoltus, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 252. (58.)

Stephanus, ioubagio[7] Georgii de villa Torcan, impetiit Timan de villa Chijpud pro furto, iudice Gestub, curiali comite de Zothmar, pristaldo Zomoy de villa Euchetii. Tima fur, portato ferro, combustus est.

[1] Bán-Horváth in com. Borsod (?)
[2] Praedium Uzsa a Dengeleg occidentem versus in com. Nógrád (?)
[3] Ecser in com. Pest (?)
[4] Recte: Andreae.
[5] Nunc Gyöngy in com. Szatmár, olim Közép-Szolnok.
[6] Supra nr. 186, 188.
[7] In editione principe erronee: Eubagio.

Nr. 253. (59.)

Chequez et frater eus, ioubagiones Petri, filii Philippi comitis, de villa Mark,[1] impetierunt ioubagiones Mikou, scilicet: Turhusam, Iacobum et Narad de latrocinio, iudice Hunt, comite de Borsua, pristaldo Cyob de villa Tumpa. Praenominati itaque latrones directi Varadinum, portato ferro, iustificati sunt. De quibus pristaldus dixit, quod tredecim capita hominum fuissent cum uxoribus et filiis.

Nr. 254. (186.)

Tiburtius de villa Nadast[2] impetiit omnes villanos de villa Domulim[3] de quindecim bobus et uno equo, violenter ablatis, iudice Gyula Bano, pristaldo Sumpoz[4] iustificatus est.

Nr. 255. (187.)

Cusyd de villa Ziloc[5] impetiit convillanum suum, scilicet: Forcos de furto, iudice Stephano, curiali comite de Ziloc, pristaldo Gueztiua. Forcos, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 256. (188.)

Viba de villa Macra, praedio Lelez,[6] impetiit Ibam et Danum de occisione fratris sui per latrocinium, iudice Mika comite de Bichor, pristaldo Anania de villa Buc. Iba, portato ferro pro se et fratre suo Dano, iustificatus est.

[1] Nunc pagus Márok a Tarpa septentrionem versus in com. Bereg.

[2] Nunc Magyar-Nádasd in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.

[3] Nunc Dabjon ibidem. Supra 232.

[4] Hic linea integra manuscripti omissa est.

[5] Nunc oppidum Zilah in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok, eo tempore possessio episcopi Transsylvani.

[6] Si hic una vox excidit atque in archetypo manuscripto «praedio monasterii de Lelez» vel «praedio praepositi de Lelez» stetit, tunc «villa Macra» pagum Mokra significat, oppido Boros-Jenő ad meridiem in hodierno com. Arad olim Zaránd situm.

Nr. 257. (189.)

Petrus de villa Cheuz et comprovinciales eius impetierunt Vitalem de eadem villa pro furto. Quos Demetrius curialis[1] comes, praecepto regis discutiens, per pristaldum nomine Urman de villa Gyurge,[2] misit Varadinum, ubi praedictus Vitalis, portato ferro, confugit ad ecclesiam, dicens se esse combustum. Praedictus itaque Urman vendidit Vitalem, cum uxore sua et filiabus suis et cum ancilla et filio ancillae suae et cum omni possessione sua Laurentio, filio Martini.

Nr. 258. (190.)

Notum sit omnibus Christianis, quod, cum Voca et Kereu de villa Tura,[3] imminente necessitate, sororem suam Martinam in vadio posuissent apud sacerdotem de Barkan,[4] nomine Moysen, pro marca una, non habentibus illis, unde sororem suam redimant, praenominatus sacerdos pro remedio animae suae dimisit illam et debitum dimisit ei.

Nr. 259. (116.)

Reginae hospites de provincia Noui Castri, scilicet Teutonici de decem villis, quae dicuntur Felnemet,[5] Cuzepnemet,[6] Olugnemet,[7]

[1] Haec vox errore calami hic ponitur, si enim Demetrius revera iudex curiae regiae fuisset, praecepto regis speciali ad compescendos fures nullatenus indiguisset. Vel vero Demetrius hic curialis comes minime idem est cum Demetrio, e stirpe Csák orto aut aliquo alio optimate, sed fuit simplex curialis comes, alicui comitatui praefectus.

[2] Tápió-Györgye.

[3] Pagus Tura ab Aszód merid.-orientem versus in com. Pest.

[4] Bárkány in com. Nógrád.

[5] Nunc Tornyos-Németi in com. Abauj.

[6] Iam non existit.

[7] Nunc Hidas-Németi in com. Abauj.

Puruen,[1] Guncy,[2] Vruzca,[3] Visl,[4] Igyhazasvisl,[5] Cece,[6] Dubucya,[7] impetierunt villicos suos, scilicet: Sibretum et Michaëlem de falsa villicatione, dicentes, quod oppressores essent populi et dilapidatores rerum ipsorum. Quorum causam Ocyus Banus, ex praecepto et auctoritate regis discutiens, computando centum et decem marcas argenti in damno, et misit eos Varadinum ad examen ferri candentis per pristaldum, nomine Augustinum de villa Pel.[8] Vbi praedicti actores de decem villis remiserunt Sibreto et Michaëli partem suam de damno, quod requirebant, ita tamen, quod ipsi eiicerentur de cohabitatione decem villarum cum uxoribus et filiis sine spe reuertendi, et ipsi iidem Sibretus et Michaël iudici satisfacerent et pristaldo. Executores autem huius causae fuerunt, Niclous, Andreas et Jacou et Elcy de decem villis.

Nr. 260. (117.)

Fulcus de villa Megyer[9] impetiit Vosodum, Stephanum, Nicolaum, Pel et alios de villa Questest pro quatuor marcis, in eorum fideiussione cuidam eorum convillano accomodatis, iudice Forcasio, curiali comite de Bichor, pristaldo Bencya de villa Quenes. Homo praedicti Fulcus, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 261. (118.)

Bansa et Ysou de villa Nadudvor[10] impetiere quendam convillanum suum, nomine Visatan, de verberatione duorum servientum

[1] Nunc Perény in com Abauj.
[2] Nunc Gōncz in com. Abauj.
[3] Nunc Gōncz-Ruszka in com. Abauj.
[4] Nunc Visoly in com. Abauj.
[5] Idest Visoly ecclesiam habens, nunc simpliciter Visoly in com. Abauj.
[6] Nunc Czécze in com. Abauj.
[7] Nunc Alsó- et Felső-Dobsza in com. Abauj.
[8] Nunc praedium Pél in com. Tolna, oppido Kōlesd ad septemtrionem.
[9] Nunc praedium Pap-Megyer prope Furta in com. Bihar.
[10] Vide supra nr. 234.

et damno octo marcarum violenter ablatorum, iudice Mica comite de Bichor, pristaldo Ioanne de villa Apathy.[1] Qui cum venissent Varadinum ad examen ferri candentis, pacificati sunt, iudici et pristaldo satisfacere convenientes. Bansa vero et Isou pro bono pacis supradicta, quae requirebant, totaliter remittentes.

Nr. 262. (199.)

Pouca de villa Buza impetiit convillanum suum nomine Munkach et omnes alios convillanos eiusdem villae de conscientia et conspiratione homicidii. Quos Mica, comes de Bichor discutiens, per pristaldum suum, scilicet: Colondum de villa Noozul, misit ad iudicium ferri candentis, ubi Munkach pro se et unus pro villanis portato ferro, iustificati sunt.

Nr. 263. (120.)

Comprouinciales de Dus et horum specialiter ioubagio Pauli filii Mocou, scilicet Martinus de villa Benca, et abbas de Zam[2] et abbas de Uhod[3] et Beque de villa Suma,[4] hi omnes impetiere fures, videlicet: Lodut de villa Irund,[5] Simonem et Botam de villa Nozta, Eliam de villa Ųzlari, Dionysium de villa Vita, Stephanum et Rupoum de villa Gymey:[6] iudice Mica, comite de Bichor, pristaldo Ioanne de villa Apathy.[7] De nominatis furibus Stephanus et Elias combusti sunt, et Rupo fugit in ecclesiam et ad solutionem non exiuit. Alii mundati sunt.

[1] Supra nr. 234, infra nr. 63.

[2] Nunc praedium Zám a Nádudvar septentr. et occidentem versus in com. Hajdú olim Szabolcs.

[3] Nunc praedium Ohat prope Egyek iuxta Ticiam in com. Hajdú.

[4] Olim pagus in vicinitate Szoboszló ibidem.

[5] Supra nr. 242.

[6] Saeculo XIV. exstitit pagus nomine «Gymazug» in vicinitate Pocsaj. Anj. IV. 227. cont. ibidem II. 463.

[7] Supra 234, 261.

Nr. 264. (13.)

Paul, sacerdos de villa Duba,[1] impetiit convillanam suam, uxorem Lodmer, dicens, quod, cum ancillam quandam vendiderat, illa nondum pretium persolvit, quoniam eadem ancilla, instinctu eiusdem viduae, res ipsius furtim subripiens aufugerit. Cuius facti, cum praefata vidua se ignaram esse contendens, curialis comes de Zounuk, nomine Vitalis, de ancilla et rebus subreptis de Paulo sacerdote, valentibus quatuor[2] marcas et quatuor[2] pondera[3] argenti, discutiens, per pristaldum Numhiz de villa Chumburd[4] misit ad examen ferri candentis Varadinum, ubi homo Pauli sacerdotis, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 265. (14.)

Matthias comes impetiit Benedictum de villa Chehy[5] pro furtivo equo, quem equum praedictus Benedictus dixit ab eodem comite pro servitio suo possedisse. Quos Forcasius, curialis comes de Bichor discutiens, per pristaldum suum, Hegud de villa Bichor, misit ad examen ferri candentis Varadinum, ubi Benedictus,[6] portato ferro, iustificatus est.

Nr. 266. (15.)

Fabianus de villa Beka[7] impetiit Samsonem de genere Opour de damno triginta marcarum, iudice Fila, comite vicario Nicolai palatini comitis, pristaldo Paulo de villa Ynata.[8] Praedicti aduersantes Varadinum ad examen ferri candentis directi, taliter

[1] Nunc Kis- et Nagy-Doba in com. Szilágy, alias Közép-Szolnok.
[2] In editione principe: quattuor.
[3] In editione principe: ponda.
[4] Csombord in com. Alsó-Fehér a Nagy-Enyed orientem versus.
[5] Csehi pagus Magno-Varadino ad meridiem.
[6] In editione principe: Benedictus.
[7] Bika, olim pagus in propinquitate pagi Szakadát in com. Tolna.
[8] Nunc praedium Inoka in com. Tolna a Szakcs orientem versus.

ibi conveniunt, quod praefatus Samson redderet aduersario suo tria capita hominum, quos abstulerat, et decem boues et quadringentos cubulos vini de cubulo de Sumugy et quinquaginta cubulos siliginis, quatuor palmorum, et idem satisfaceret iudici: partem autem pristaldi Fabianus[1] dare conuenit.

Nr. 267. (16.)

Scymcha,[2] procurator Desiderii episcopi de villa Tomona, litigauit cum quodam de eadem villa, nomine Kezed, dicens, quod pecuniam fratris sui, sine haerede mortui, centum pensas valentem, occultasset, iudice Desiderio episcopo, pristaldo Scema de supradicta villa. Praenominatus Kezed, portato candenti ferro Varadini, iustificatus est.

Nr. 268. (17.)

Agazones regis de villa Zecul,[3] scilicet Teka, Tobias, impetierunt tavernicos regis de eadem villa, scilicet Zotam et Thomam, dicentes, quod extorres essent. Quos Demetrius Magister,[4] praecepto regis discutiens, per pristaldum suum, Martinum de villa Edelen,[5] direxit ad examen ferri candentis Varadinum, ubi praedicti agazones conveniunt dare tavarnicis medietatem terrae illius, metis impositis, et iudici communiter satisfacere, pristaldi vero partem soli tavarnici persolverent.

Nr. 269. (18.)

Youanka, filius Barlay, impetiit ioubagiones Sebastiani de Pou,[6] scilicet, Michaëlem et Kepam, filios Nicolai, de furto, iudice

[1] In editione principe Fabiano.

[2] Infra nr. 355. «Scumcho».

[3] Nunc Nagy- et Kis-Székely in com. Tolna.

[4] Edelény, nunc praedium a Tamási meridiem occidentem versus prope Értény in com. Tolna.

[5] Supra nr. 224, 243.

[6] Nunc praedium Pó a Mezőtúr septemtrionem et occidentem versus.

Nicolao Palatino comite, pristaldo Cepam[1] de villa Ladan. Praedicti fures, portato ferro, combusti sunt. Sed Michaël confugit ad ecclesiam.

Nr. 270. (19.)

Nixa de villa Nema[2] impetiit quendam, nomine Budev, de alia villa Nema pro furto, iudice Nicolao comite de Geuru, pristaldo Gregorio de civitate Geuru. Praedictus Budev, portato ferro, antequam solveretur, aufugit.

Nr. 271. (20.)

Eel filius Scema de villa Eel,[3] genus Capatani, impetiit quendam de villa Custa nomine Olduruh, dicens ipsum servum suum esse. Ille autem dixit, se non esse suum servum, sed tavornicorum regis et duxit convillanos suos, cum ioubagionibus tavernicorum, Viviano, Gregorio et Ombud, qui eum dixerunt suum esse contribulem. Quorum unus, nomine Daba, specialius dixit eundem Olduruh suum esse cognatum et, portato pro illo ferro Varadini iustificatus est, iudice Maurino,[4] vicepalatino, pristaldo Nicolao de villa Arpas.[5]

Nr. 272. (21.)

Urbanus, Martinus, Santus, Petrus et alii castrenses de Borsod, impetierunt quosdam, scilicet Tum, Pousam, Forkos, Manciam, dicentes, illos suos esse contribules. Isti autem responderunt, se regis esse tauernicos et tenuerunt causam eorum tauornici regis, scilicet Forcos et Moynolt de villa Tord,[6] item, Sixtus et Hunda

[1] Supra nr. 217, 244, 245.
[2] Hodie praedia Néma nominata iacent a Pannonhalma orientem versus.
[3] Erronee pro Ecl idest pagus Ekel in com. Komárom.
[4] Erronee pro Mauricio. Infra nr. 289, 318, 321.
[5] Nunc Árpás iuxta Rabam in com. Sopron.
[6] Nunc Tard prope Mezőkövesd in com. Borsod.

de villa Tauornuk. Quibus a comite Gyula[1] per pristaldum, nomine Cristophorum,[2] ad iudicium ferri candentis Varadinum destinatis, praenominatus Moynolth, secundum sententiam iudicis portato ferro, combustus est.

Nr. 273. (22.)

Camb impetiit Paulum de duabus marcis, et portato ferro Varadini, iustificatus est, iudice Martino Comite, pristaldo domino Budud.

Nr. 274. (23.)

Medue de villa Kal[3] impetiit Alexandrum de villa Zub[4] cum tribus seruientibus eius, item Legerum, Vitalem et Gyroltum de villa Libecii[5] pro occisione patris sui, Forcasii, coram Myca comite Bicoriensi, scilicet iudice ab Andrea rege delegato. Quos idem iudex per pristaldum, nomine Gylianum de villa Vruz,[6] misit ad iudicium ferri candentis Varadinum. Vbi, impetrata licentia regis et praenominati iudicis, pacificati sunt et mutuo iuramento pacem firmauerunt, et Alexander conuenit satisfacere iudici et in festo Omnium Sanctorum[7] dare aduersario suo nouem marcas et tres pristaldo Varadini simul pro se et pro seruientibus suis, item Leger duas marcas aduersario eidem, et unam pristaldo, Gyrolt quatuor marcas, dimidia minus, et unam pristaldo et satisfacere iudici, sicut Leger, Vitalis quoque septem marcas aduersario, ex

[1] Rátót Gyula iudex curiae.

[2] Supra nr. 194.

[3] Aut Diós-Kál a Zala-Apáti inter meridiem et occidentem situs aut unus pagorum Kál vocitatorum prope lacum Balaton.

[4] Szobb pagus in com. Somogy a Segösd inter meridiem et occidentem situs.

[5] Libicz olim pagus prope Marczali in com. Somogy. Memoriam eius retinet pagus Libicz-Kozma nuncupatus. Supra nr. 27, 200, infra 309.

[6] Supra nr. 51, infra nr. 317.

[7] Idest 1-a diem Novembris.

quibus tres iam dedit, quatuor autem daturus est in praedicto festo, sicut alii tenentur, pristaldo vero iam satisfecit. Et si praedicto die haec omnia non persoluerent, duplo dare tenerentur.

Nr. 275. (24.)

Quidam nomine Hubugunithu, ut ipse dixit se vocari, pristaldus Nicolai Palatini comitis, ut ipse perhibuit de se, statuit ante nos quendam, nomine Absolonem, de genere Ratha [1] de villa Tolna, dicens, quod ioubagiones de Zemlun, scilicet, Scema, hodunogio, Mocud centurio,[2] Degus [3] et Chephanus [4] praefectus castri, requisiuissent terram ipsius Absolonis, nomine Sag et terram eiusdem ad quatuor aratra in Tolna, pro terra castri, et exhibuit quendam de ioubagionibus eiusdem castri, nomine Scentus,[5] quem supradictus iudex, ut ipse dixit, iudicio ferri candentis addixerat. Qui cum, transacto triduano jejunio, sicut mos est,[6] ad portandum candens ferrum accessisset, quidam nomine Sumpou procedens, dixit se a praenominatis castri ioubagionibus esse directum et ex parte illorum subterfugit judicium ferri candentis, et memoratam terram memorato Absoloni remisit, dicens, illam non esse terram castri.

Nr. 276. (25.)

Chepanus de villa Chula impetiit Petrum de villa Vasarhel,[7] dicens, quod, cum equus suus furto esset sublatus, apud illum inuenisset et cum vellet equum ab eo recipere et ipsum capere, convillani eius et praecipue Ipsa eum violenter prohibuerunt. Quos

[1] Rectius: Katha.

[2] Supra nr. 292 Mocodinus.

[3] Supra nr. 202 Dugus.

[4] Supra nr. 202.

[5] Nomen huius ioubagionis repraesentat animo pagus Szentes castro Zemplén ad orientem situs.

[6] In editione principe erronee: sicut Mosen.

[7] Vásárhely a Nagy-Mihály meridiem-occidentem versus in com. Zemplén.

Olodarus, curialis comes de Zemlun,[1] discutiens per pristaldum, nomine Cosmam de villa Velchea,[2] ad iudicium ferri candentis transmisit Varadinum, ubi praenominatus Chepanus cum praefato pristaldo et homine suo, ferrum portaturo, in septimana, qua festum sancti Galli est celebratum,[3] fuit Varadini. Aduersarii autem eius, scilicet Ipsa et Petrus et convillani eorum non comparuerunt.

Nr. 277. (26.)

Isou de villa Fulian citauit Marianum de villa Barana pro eruitione oculorum suorum ante Nicolaum Palatinum comitem. Ubi cum essent quidam boni homines de prouincia Zounuc, scilicet Michael comes de villa Mortun, et Modorus de villa Pou[4] et alii boni homines, impetrata licentia praenominati iudicis, reformauerunt inter eos pacem, et memoratus Isou dimisit aduersario suo Martino[5] omnem inimicitiam suam et pepigit, quod deinceps super exoculatione sua nunquam esset litigaturus.

Nr. 278. (27.)

Uxor Scilac, nomine Cincea, impetiit Paulum, servientem Uhudu, curialis Micae comitis, de occisione mariti sui, iudice Mica comite de Bichor, pristaldo Fulcho. Praefatus itaque Paulus cum domino suo et pristaldo fuit Varadini, ferrum candens portaturus, memorata vero adversaria non comparuit, neque excusatorem misit.

[1] Supra nr. 279.

[2] Erronee pro Velechta. Velechta vero hodiernum pagum Velejte significat a Sátoralja-Ujhely septemtrionem versus.

[3] Idest diebus 10—17.-m. Octobris.

[4] Nunc praedium Nagy- et Kis-Pó a Mező-Túr inter occidentem et septentrionem situm.

[5] Supra in linea prima Marianus scribitur.

Nr. 279. (28.)

Chepanus de villa Bogdán[1] impetiit Petrum coram comite Olodaro[2] de quatuor[3] equis et uno fure[4] violenter ablato. Praedictus Petrus venit Varadinum, adversarius autem non comparuit.

Annus 1221.

(280—283, 284—289, 290—293, 294—309, 310—322 = 92—95, 99—104, 46—49, 212—227, 361—373.)

Nr. 280. (92.)

Forcos, filius Ina comitis, requisivit ante Ladislaum, comitem de Bach et iudicem curiae, quosdam, scilicet: Albeum, Petrum, Endum et Abareum, filios Cepani, dicens ipsos suos esse libertinos; illi autem responderunt, se omnino esse liberos et adduxerunt assertorem libertatis ipsorum et defensorem, nomine Stephanum,[2] filium Johannis cuiusdam hospitis. Qui cum et ipse liberos constanter assereret, nominatus iudex dato pristaldo, nomine Michel de Vrbay, misit utramque partem ad examen ferri candentis Waradinum, ubi cum iam dictus Stephanus ferrum portare accessisset, talis inter eos facta est conventio, quod ipse Stephanus praedicto Farcasio daret duas marcas, Farcasius autem illos quatuor,[3] quos requirebat pro libertinis, reliquit pro liberis omnino, iudici autem et pristaldo communiter satisfacere convenerunt.

Nr. 349. (338.)

Petrus, filius Moraz de villa Kad,[4] impetiit Busu sacerdotem et fratres eius, scilicet: Jacob, Tibam et Clianum de villa Kenesij,[5] dicens, quod dimidietas terrae, quam ipsi iure haereditario insidebant, haereditaria eius portio esset. Quod cum illi negarent, Ladislaus, comes Bachiensis et iudex curiae, discutiens per pristaldum, nomine Vosos, filium Boch de villa Pun, misit eos ad examen

[1] In editione principe erronee: advarsarium.

[2] In editione principe erronee: Stanunz.

[3] In editione principe: quattuor.

[4] Kágy olim pagus in com. Szabolcs in vicinitate Kis-Várda.

[5] Duo pagi Kenéz nomine in com. Szabolcs existunt. Sed hic loci potius de pago Cserepes-Kenéz, est sermo, nam hic est in regione antiqui pagi Kágy, alter vero pagus, Takta-Kenéz nominatus 65 kilometris a loco antiqui pagi Kágy distat.

ferri candentis Waradinum. Ubi pacificati sunt, iudicia, in quibus mutuo sibi tenebantur, invicem sibi omnino indulgentes et talem de terra fecerunt conventionem, quod terram, quam nominatus Petrus requirebat, remisit praedicto sacerdoti et cognatis eius memoratis. Sacerdos autem et cognati eius dederunt ei unam marcam. Iudici autem et pristaldo convenerunt simul satisfacere.

Nr. 350. (339.)

Bodum comes [1] quendam, nomine Chebam, traxit in causam coram arbitris parochitanis, scilicet: Adam, Farcasio [2] decano,[3] et Zounuc, dicens, quod unum ioubagionem suum occidisset et alium crudeliter flagellasset. Qui Cheba, cum peccatis illorum exigentibus hoc eis se fecisse affirmasset, praedicti arbitri miserunt utramque partem ad examen ferri candentis Waradinum, ubi homo Bodun comitis, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 351. (340.)

Vsi, procurator villae Scaldubag,[4] statuit ante nos Petenad et Mih ex una parte, Andream, Michaëlem, Buhtam, Scukam, Herceg, Gabrielem, Boton, Tekam, Scekam et Benam ex alia, dicens: quod praenominati Petenad et Mih dixissent coram domino suo, Ladislao comite, iudice videlicet huius causae, seipsos conterraneos, cum praenominatis eorum adversariis in terra Kereky.[5] Adversarii autem praedicti dixissent, eos esse extorres. Qui tandem seipsos recognoscentes, habita iudicis licentia, recepissent, eos in consortium terrae praedictae, excepto virgulto, de quo Petenad et Mih partem non habent.

[1] Infra nr. 354.

[2] In editione principe erronee: Farcasium.

[3] In editione principe erronee: decanum.

[4] Száldobágy pagus, sed quis inter multos?

[5] Pagi, Kereki nominati saltem 6 viguerant olim in provincia trans Ticiam sita, nullumque indicium occurrit, quo hic nominatus pagus agnosci possit.

Nr. 352. (341.)

Tecus, filius Dionysii artificis, qui aperuit in elevatione sepulchrum Sancti Ladislai regis et a gloriosissimo rege Bela dato pro eo artifice[1] perpetua libertate donatus est cum omni generatione ab eo successura, sentiens dissolutionem sui corporis imminere, quendam servum suum, nomine Vrug, constituit dusinicum exequialem, quam ipsum, tam omnem eius haereditatem virilem, ita, ut singulis annis apud ecclesiam de Beseneu[2] celebrarent exequias cum duabus Missis, una ove, triginta panibus, uno ansere, una gallina et duabus chybrionibus cerevisiae, et decimas juxta conditionem servilem det sacerdoti, scilicet: duos cubulos frugum suarum et unam gallinam.

Nr. 353. (342.)

Vs, filius Tump, de villa Hoth,[3] ioubagio castri Bichor, vendidit servum suum, nomine Zumbot, et uxorem eius Gerquenam et filium eiusdem Boxam Theodoro, filio Dionysii, pro sex marcis et una vacca, praesente Jacob cognato suo, filio Hurt, et non contradicente; et Theodorus persolvit sex marcas illas et vaccam nobis praesentibus ad manus praedicti Jacob.

Nr. 354. (343.)

Isu, filius Pousę de Sucuroi, impetiit Martinum et Petrum fratrem eius, dicens, quod hospes eorum habuisset dampnum ad aestimationem octo marcarum. Quod cum illi negarent, cognati utriusque partis, scilicet: Nicolaus, Aba, Ambrosius, una cum Bodun comite,[4] utramque partem, in ipsos arbitros consentientem, discutientes miserunt[5] per pristaldum Petrum, filium Morodec de villa

[1] Rectius: Bela pro eo artificio.

[2] Besenyő nunc praedium prope Magno-Varadinum, iuxta Uj-Palota.

[3] Hat olim pagus nunc praedium a Komádi occidentem versus in com. Bihar Supra nr. 16 et 108.

[4] Supra nr. 350.

[5] In editione principe: misernt.

Bodun, ad examen ferri candentis Waradinum. Ubi, portato ferro, homo praedictorum Martini et Petri mundatus est.

Nr. 355. (344.)

Matthęus de Surcud impetiit cognatos pueri[1] sacerdotis, scilicet Matthiam et Texam, pro libertinis uxoris suae, coram Desiderio, episcopo Chanadiensis,[2] qui tradidit eos iudicandos Scumtho comiti,[3] procuratori praediorum suorum. Deinde praefatus Matthęus, seipsum recognoscens, resignavit illos, quos requirebat, pro liberis cum omni generatione ab eisdem successura.

Annus 1229.

(356—371 = 345—360.)

Nr. 356. (345.)

Anno dominicae incarnationis Millesimo Ducentesimo vigesimo nono tales a Ladislao, comite Bachiensi et iudice curiae, litterae nobis sunt destinatae.

Universitati vestrae significamus, quod inter Gyopol ex una parte et filios Absolonis ex altera, scilicet Johannem, Martinum, Paulum et Absolonem[4] talis facta est conventio, quod praedium nomine Letha, iuxta Beruciou,[5] dederunt fratri suo, Gyopol comiti, ipsi autem in concambium illius praedii acceperunt praedium campestre, nomine Iobagi, cum sexaginta marcis, quas memoratus Gyopol comes,[6] nobis praesentibus et coram pristaldo huius causae,

[1] Recte: Pueri, a personali nomine: Puer.

[2] Recte: Chanadiensi.

[3] Supra nr. 267.

[4] V. supra nr. 15 infra nr. 365.

[5] Minime ergo oppidum Nagy-Léta nunc quoque existens (in com. Bihar), sed praedium olim inter pagos Pelbárthida et Gyapoly penes fluvium Berettyó situm (in com. Bihar). Conf. Cod. patr. VI. 360.

[6] Confer. Kubinyi. Árpádkori oklevelek 13.

nomine Tuba, persolvit in die Natalis Domini[1] totaliter nominatis filiis Absolonis, et ita absolutus ab omni cambio, appropriavit sibi soli praedium, quod Letha vocatur.

His ita gestis utraque pars, praestito sacramento super sepulchrum et reliquias sancti regis Ladislai invicem sibi iuraverunt, quod de caetero sint pacifici, nullum penitus malum unquam illaturi.

Nr. 357. (346.)

Universus Waradinensis ecclesiae conventus universis ecclesiae sancte filiis salutem in salutis Auctore. Innotescat omnibus, praesens scriptum inspecturis, Ladislaum comitem de Bach, iudicem aulae regiae, talia nobis per litteras suas auctoritate iudiciali praecepisse, quod ea, quae de exitu causae Simonis et fratris eius Vodasii, filiorum Chenke in parochia Bichoriensi ex una parte, et filiorum Natus, scilicet Egidii et Stephani, in parochia Bekes ex altera, Michaël clericus eius viva voce ediceret nobis, nos in registro nostro pro rato scriberemus. Michaël autem in praesentia utriusque partis asseruit, praenominatos filios Chenka a praenominatis filiis Natus novem capita hominum requisivisse, videlicet Lench, cum duabus filiabus suis, scilicet Beda et Nuz, et item Jacam cum duabus[2] scilicet Choma et Michaële; Tumpam quoque cum filia sua[3] scilicet: Mica et Penteca, et cum causa eorum ad examen ferri candentis a praenominato iudice per pristaldum, nomine Micou de villa Cundurus[4] in parochia Bekes, fuisset in Agriam destinata, filii Natus, seipsos recognoscentes, Simoni et fratri eius, Vadasi se culpabiles reddidissent. Illi autem consilio et petitione proborum hominum inducti et inclinati unam ancillam de IX capitibus, scilicet Pentecam, praefatis eorum adversariis dimisissent, reliquis in ius eorum devolutis.

[1] Secundum computationem nostram die 25-a Decembris a. 1228.

[2] Rectius: duobus filiis.

[3] Rectius: filiabus suis.

[4] Kondoros pagus in com. Békés.

Nr. 358. (347.)

Cesar, princeps erat (sic)[1] de Bekes, Petrus, Beda, Wse, Tiburtius, Laurentius, Paulus, Geysa centuriones litigaverunt pro quadam terra, nomine Kechen, cum Martino, filio Misca, coram Ladislao, comite Bachiensi et iudice curiae, dicentes, terram Kechen esse terram castri de Bekes. Martinus autem respondit, eam esse terram suam haereditariam, affirmans, quod eandem terram antecessores ipsorum scilicet: Chab, Sicund, Isumgut, Buus et reliqui cum civibus eiusdem castri a patre suo Miska et cognatis eius coram Gyula, comite Palatino, pro terra castri requisivissent et iudicio ferri candentis Orodini fuissent condemnati, mediante pristaldo nomine Husii, filio Eliȩ de villa Dran,[2] et hoc ostendit testimonialibus litteris Orodiensis capituli. Quibus cum praenominati aduersarii eiusdem Martini contradicere non auderent, praefatus iudex ipsos condemnavit et ut huius causae exitus indelebilis existat, utramque partem ad nos per pristaldum nomine Menget, filium Cocbu de genere Tet, Waradinum destinavit et executionem causae secundum omnem descriptionem testimonio nostro fecit aeternari.

Nr. 359. (348.)

Pangratius, filius Petae, de villa Cupa[3] traxit in causam quosdam convillanos suos, scilicet: Aruad et filios eius, scilicet, Chicham et Monost coram Alexandro, Waradiensi episcopo, discretissimo et vero iudice, dicens; quod fures essent regis, eo quod thesaurum inuentum, cum deberent, regi non indicassent. Quorum causam praedictus episcopus discutiens, misit per pristaldum et servientem suum, nomine Tiburtium, ad examen ferri candentis Waradinum, ubi praefatus Monos, filius memorati Aruad, portato ferro, mundatus est.

[1] Recte exercitus.

[2] Darány in com. Somogy a Barcs orientem versus.

[3] Possessio episcopi Varadiensis, ut videtur, iuxta fluvium Crisium Nigrum prope Baj. Conf. Codex patrius I. 13.

Nr. 360. (349.)

Cum ignoraret homo finem dierum suorum, Mauritius sacerdos se et omnia sua, Waradiensi[1] ecclesiae protectioni, dum adhuc viveret, commisit et facultates suas taliter ordinavit et seruum suum, nomine Aruam, constituit, ut post mortem suam sit pulsator ecclesiae Waradiensis. Mulierem autem quandam emptitiam, nomine Scepam, dedit ecclesiae, ut post mortem ipsius det ecclesiae massam cerae, ponderantem duas marcas, filius vero eiusdem mulieris et duae filiae quinimo, si quos ipsa eadem pareret, liberi forent omnino.

Nr. 361. (350.)

Dionysius, Ysou et Puk, patroni ecclesiae sancti Andreae de Zobodian[2] traxerunt in causam dusinicos eorum exequiales, scilicet: Mour, Paulum, Laurentium, Ereust, Petam et alios coram Eraclio[3] Yconomo et custode Waradiensi, dicentes, quod praedicti dusinici cum minoribus expensis, qui deberent, seruitium eorum celebrarent. Denique coram Capitulo Waradiensi scilicet: Johanne praeposito,[4] Michaele cantore et aliis et praesente Micou, pristaldo et vicario nominati iudicis, controversia praedictarum partium sic est sopita, quod saepedicti dusinici, manere circa praedictam ecclesiam deberent et annuatim in festo sancti Michalis[5] seruirent, insimul quotquot essent cum trienni boue, centum panibus, XII. idris[6] cervisiae[6] et singulae mansiones singulas missas celebrari facere tenerentur.

[1] Recte: Waradiensis.

[2] Nostra orthografia: Szabad-Gyán et significat pagum, qui hodie Köte-Gyán nuncupatur, estque in comitatu Bihar situs. Ecclesiae seu templi hic memorati rudera saeculo XVIII. adhuc magna conspiciebantur. Bunyitay o. c. II. 416. Ramum stirpis Pok, ad quem hic memoratus «Puk» pertinere videtur, in regione hac habitasse, constat. Karácsonyi: A magyar nemzetségek története II. 444—45.

[3] Supra nr. 347.

[4] Infra nr. 379.

[5] Recte: Michaëlis.

[6] Recte: hydriis cerevisiae.

Nr. 362. (351.)

Nos conventus Waradinensis contestamur omnibus, Ladislaum, comitem de Bach, talia nobis auctoritate iudiciali mandasse, quod causam Benjamin secundum tenorem literarum, quas sub duplici sigillo nobis transmisit in regestro scriberemus. Est itaque tenor litterarum talis:

Ladislaus, comes Bachiensis et iudex curiae, omnibus, ad quoscumque praesentia pervenerint, salutem in Domino. Universitati omnium notum esse volumus, quod, cum Jeremias, Bocou, Tocus et Gegus citarent Chomam pro quodam homine, Benjamin, filio Cusoy, in praesentia nostra dixerunt, eundem Beniamin seruum esse eorum et filium ancillae suae. Supradictus Choma respondit, suum esse cognatum et de genere suo. Adiudicavimus itaque, quod dictus Choma veritatem sui sermonis attestationibus suorum cognatorum ostenderet, quod et honestissime probavit.[1] Intelleximus igitur, ut sacramento duorum cognatorum eius dictum Beniamin defenderit,[2] iuraverunt, inquam, Chuma et Azarias super altare sancti Ladislai Waradini et Beniamin liberatus est. Unde dedimus super hoc nostrum sigillum cum litteris praesentibus, pristaldo existente Marco de Cheph.[3]

Nr. 363. (352.)

Clemens de villa Irug[4] oretenus nobis est contestatus, quod, cum ipse cum pristaldo Ladislai comitis quendam libertinum suum fugitivum, nomine Tadeum uxoratum, invenisset et nominatus iudex eundem libertinum cum uxore sua ei appropriasset, ipse scilicet: Clemens pro salute animae suae taliter de uxore praefati libertini ordinasset, ut ipsa libera fieret et, quicquid foeminini sexus

[1] In editione pincipe erronee: probaret.

[2] In editione pincipe erronee: defenderet.

[3] Fors Cséf? Locus tali nomine extitit olim pagus a pago Darvas septemtrionem versus (in com. Bihar, olim Békés).

[4] Kis- et Nagy-Ürögd, (Irög, Ürög) pagi in com. Bihar.

de ipsa nasceretur, liberae conditionis esset et, quicquid masculini sexus fieret, conditionem patris sequeretur.

Nr. 364. (353.)

Augustino, filio Schemcha, sine omni haerede mortuo, servus ipsius, nomine Paul, quem ipse Augustinus dusinicum exequialem monasterio sancti Joannis Baptistae,[1] reliquerat, ut singulis annis daret ecclesiae unam ovem competentem, triginta panes, quinque idrias cervisię[2] et in nullo penitus alio vel ecclesiae vel cuiquam alii servire tenerentur; ille, inquam, Paulus uxorem suam nomine Bud et filiam nomine Huga, quae in portionem duarum sororum iamdicti Augustini, scilicet Annę et Marię cesserant, et, illis mortuis, ad tertiam sororem praefati Augustini, nomine Magdalenam, devenerant, cum[3] consensu Cumpurdini et Gocholini cognatorum domini sui, redemit a praefata Magdalena, domina earum, pro marca et fertone. Quas ipsa Magdalena non tam pro pretio tanto, quam pro anima sororum suarum dimisit redimendas, quia sorores eius praedictas ancillas liberas reliquerant.

Nr. 365. (354.)

Joannes, filius Absolonis,[4] contestatus est oretenus, quod vendidisset quendam fugitivum libertinum suum, nomine Sanam, filium Beg, fratri suo Paulo pro marca unica[5] minus.

Nr. 366. (355.)

Vsian de villa Pulgar[6] litigavit coram Ladislao, comite Bachiensi et iudice curiae, cum Anthonio de villa Bola[7] pro clandes-

[1] Monasterium Szentjános in com. Bihar. Supra nr. 125, infra nr. 387.

[2] Recte: hydrias cerevisiae.

[3] In editione principe hic erronee iterum referuntur voces: «sororem praefati Augustini.»

[4] Supra nr. 15, 356.

[5] Recte forsan «uncia», vel omissa est vox: fertone.

[6] Tisza-Polgár in com. Szabolcs.

[7] Supra nr. 294.

tina traductione servi sui, nomine Michaëlis et duorum equorum. Quod cum ille negasset, nominatus iudex misit eos per pristaldum, nomine Gabrielem de villa Gab,[1] Waradinum ad examen ferri candentis. Ubi talis facta est inter eos conventio: quod memoratus Anthonius daret adversario suo nominato in festo sanctae Mariae Magdalenae[2] in villa Udvori[3] duas marcas fertone minus, iudici autem et pristaldo simul satisfacerent. Si tamen supradictus Usian servum suum fugitivum illum alibi invenire posset, pecuniam, quam acceperat, Anthonio reddere teneretur.

Nr. 367. (356.)

Stephanus de villa Chueytora impetiit Paulum de villa Paul et Petrum, fratrem eius, coram Betlen et Stephano, vicariis Ladislai comitis de Bach et iudicis curiae, de dampno ad aestimationem duarum marcarum. Quod cum illi negarent, memorati iudices per pristaldum, nomine Marcum, miserunt Waradinum ad examen ferri candentis, ubi nominatus Petrus, portato ferro pro se et fratre suo, iustificatus est.

Nr. 368. (357.)

Cum haereditaria portio Nicolai, filii Endus de terra Borozlou,[4] in ius Petri, filii Petri, ordine iudiciali cessiset, idem Petrus astruxit, quod praenominatus Nicolaus in terra eadem partem emptitiam haberet, praeter haereditariam. Quod cum cohaeredes eiusdem Nicolai, videlicet Cepanus comes, Petrus, Joannes et Paulus negarent, Ladislaus comes posuit super iuramentum eorundem condivisorum et, dato pristaldo, nomine Becha filio Petri, misit eos

[1] Gáb fuit pagus in antiquo com. Zaránd prope pagum Sikula (nunc com. Arad).

[2] Idest d. 22. m. Julii.

[3] Udvari olim pagus in com. Szabolcs nunc Bihar. Supra nr. 93, 168, 239 et 286.

[4] Boroszló pagus in com. Sáros (olim Novi Castri) inter Somos et Bunyita.

Waradinum, ubi, cum iurare fuissent parati, procurator Petri, nomine Hubec, iustitiam adversariorum domini sui recognoscens, non adjuravit eos, dimittens eis terram, quam dominus eius Petrus pro emptitia parte requisierat. Convenit etiam ille Hubuc iudici satisfacere in toto, pristaldo vero in parte. Praeterea supradictus Petrus requisivit duas villas, scilicet Gurbuc[1] et Fekethe pro terra Nicolai ex donatione regis patri suo Endus collata, cui, dum praenominati quatuor homines contradicerent asserentes, eas ipsi Nicolao cum ipsis esse haereditarias et hoc testimonio multorum bonorum hominum comprobassent, praedictus iudex per iamdictum pristaldum misit eos Waradinum ad examen ferri candentis, ubi homo ipsorum, portato ferro, iustificatus est.

Nr. 369. (358.)

Mog de villa Poca[2] cum aliis ioubagionibus castri Clus, scilicet Erdeu, principe exercitus, Chicolou, Tenqneu, Pouca archipraecone, Cheycimam et Bulchu videntes de praedicta terra castri partem ad duo aratra a quibusdam alienis videlicet Gotfredo, Farcasio, Vilc, Olberto, Petro, Andrea et Fila injuste occupari, citaverunt illos ante Sebastianum, comitem de Clus, iudicem a rege Bela delegatum, qui, auditis responsis utriusque partis, per pristaldum nomine Forcos, filium Choka de villa Seldeu,[3] misit ad examen ferri candentis Waradinum. Ubi praenominati actores fecerunt portari ferrum; sed adversarii eorum seipsos recognoscentes, subterfugerunt, praedictam terram castri praenominatis actoribus, et idem actores convenerunt satisfacere iudici et pristaldo, et, ut exitus huius causae indelebilis existat, praedictae partes terram quaesitam, metis circumpositis fecerunt separari; quarum

[1] Garbócz pagus in com. Abauj, a priori haud procul, a municipio Kassa inter orientem et meridiem versus.

[2] Prope pagum Vista in com. Kolos.

[3] Praedium Seldő aut Süldő nomine saeculo XV. o. in vicinitate pagi Dada in com. Szabolcs exstitit. Zichy cs. okm. VI. 147. Sopronm. oklevéltár. I. 67.

metarum una est in monte nomine Bursors, inde per vallem Kusol vadit ad Agosholm, et inde per vallem, nomine Er, vadit ad metam *Visata.*[1] Sed praeterea extra metas illas, versus septentrionalem plagam, supradictus Mog habet jus sessionis ad spatium viginti jugerum.

Nr. 370. (359.)

Absolon, filius Hurtu,[2] oretenus est nobis, scilicet: capitulo Waradiensi contestatus, quod vendidisset dominae Iustinę, uxori videlicet Micę comitis, septem capita hominum, quorum nomina haec sunt: Mathka,[3] uxor eiusdem Faelicitas et filii eorum Thomas, Tanalchu[4] et filię eorundem Maged et Ilegu.[5]

Nr. 371. (360.)

Cives castri Bolondus de villa Leginer: Motcu, Unuca, Hertugug, Luchy, Ugud, Baldu, Bila et alii impetierunt quosdam de eadem villa, filios ioubagionum Sancti Regis,[6] scilicet: Serkenteu, Marcel, Acel, Mogya et Vs, dicentes, quod eorum essent concives, simili officio, idest debito castrensium subjacentes. Illi autem dixerunt, se esse filios ioubagionum Sancti Regis et hoc idem dixerunt, ut pristaldus eorum perhibuit, ioubagiones eiusdem castri, videlicet: Matha, princeps exercitus, Chichur, Sceret, Mogy, Peremus, Thomas, Ind, Albeus, Gyurca, Poula, Budius, Henchu centuriones et alii. Quorum testimonio Martinus, comes eorum, non contentus per pristaldum, nomine Nuetlen de villa Olsuc,[7] misit ad examen ferri candentis Waradinum, ubi praenominati actores

[1] Nunc Vista a Kolozsvár occidentem versus.

[2] Supra in nr. 54: Hurz.

[3] Supra Masa nr. 26, 54.

[4] Post hoc errore calami omissum est nomen «Gyonon». Confer. supra nr. 54.

[5] Homines hos Absalon a. 1213 emit. Confer. supra nr. 54.

[6] In editione principe: ioubagionis sancti rẹgis.

[7] Alsók fuit vetus nomen pagi Győr-Szentmárton.

seipsos recognoscentes,[1] candentis ferri subterfugerunt iudicium, dicentes, praedictos adversarios ipsorum esse filios ioubagionum Sancti Regis et asserentes, se falso de civili servitio illos impetisse.

Annus 1234.

(372—382 = 125—135.)

Nr. 372. (125.)

Cum Eccy comes, filius Eccy, emisset terram nomine Camana[2] a Leva, filio Cusyd, elapso aliquanto tempore, Michaël, filius Michaëlis, frater Edemen, requisivit eandem terram pro sua terra, et cum non posset ad probandum hoc aliquod argumentum inducere, Ladislaus, comes Bachiensis et iudex curiae, posuit super iuramentum Eccy comitis; sed consilio amicorum utriusque partis et licentia iudicis taliter conuenerunt: quod Eccy comes daret Michaëli viginti marcas, una minus, et Michaël dimitteret praedictam terram Eccy comiti pro iure emptionis, ita quod, si quando a quocunque eadem terra Eccy comite vel posteris eius requireretur, Michaël vel eius haeredes Eccy comitem iustificare tenerentur. Et ut exitus huius causae indelebilis existat, nominatus Eccy comes, cum pristaldo huius causae, nomine Mycud, filio Athae, Varadinum veniens, persoluit nominato Michaëli viginti marcas, una minus, capitulo et pristaldo praesente.

Nr. 373. (126.)

Chygz et Jacob, filii Buns,[3] euntes cum Vnuca, filio Forkos de Bekes,[4] pristaldo scilicet et seruo Ladislai, comitis de Baach et iudicis curiae, ceperunt[5] seruum suum, nomine Cucus, apud

[1] In editione principe: regognoscentes.
[2] Kamonya nunc praedium prope Butka in com. Zemplén.
[3] Supra Bus, Buus nr. 210, 358 iobagio castri Bekesiensis occurrit.
[4] Békés. Anno 1222 fuit Ladislaus etiam comes de Békés.
[5] In editione principe: coeperunt.

Budam, filium Forcasii. Quem quidem,[1] dum Buda diceret liberum esse, illi probabant eundem seruum suum esse; sed consilio amicorum utriusque partis et licentia iudicis memoratus Buda memoratum Cucus redemit a seruitute in absolutam libertatem, ita, quod ipse[2] Cucus et filius eius et omnis generatio ab eisdem successura, ubicunque vellent, manendi fas haberent. Cucus autem reddidit Budę pecuniam, quam scilicet Buda pro ipso dederat, scilicet: duas marcas et dimidiam.

Nr. 374 (127.)

Populus ecclesiae Bistriensis[3] de villa Suptal impetierunt nomine Tub de villa Fives[4] pro violentia, dicentes, ipsum quatuor[5] equos et sex boues ab eis violenter abstulisse, praeterea, quod tres viros et vnam mulierem graviter vulnerasset et unum virum quoque, abductum, occulte retineret. Quae omnia cum memoratus Tub negasset, Ladislaus, comes Bachiensis et iudex curiae, per pristaldum, nomine Gabrielem de villa Oztanca, misit ad examen ferri candentis Varadinum, vbi vnus de praedicto populo, nomine Buchud, portato pro se et pro conuillanis suis ferro, iustificatus est. In eadem tamen septimana abbas Bistriensis, cum deberet iurare et soluere iudicium memorato aduersario populi sui, non fuit Varadini nec iuravit, nec iudicium, quo tenebatur persoluit. Porro nominatus Tub, iudicium, secundum sententiam praedicti iudicis, in quo tenebatur, condemnatus est erga populum Bistriensem, videlicet octo marcas et decem pensas, totaliter persoluit, nobis praesentibus in manus Lyther et Pous, procuratorum de Bistria, quos ipsi cognovimus, ita quod ambo in nullo tenerentur pro hac causa.

[1] In editione principe erronee: quomodo.

[2] In editione principe erronee: quod quando ipse.

[3] Monasterium hoc olim a Temesvár orientem versus inter Mosnica et Temes-Remete viguit.

[4] Nunc Fibis in com. Temes.

[5] In editione principe: quattuor.

Nr. 375. (128.)

Bagha, filius hodnogionis Lucae,[1] cum haberet servum, nomine Stephanum, permisit eum redimi pro sex marcis et fertone a quodam iobagione suo, socero videlicet eiusdem servi, nomine Crust, cum uxore sua Moxa et filio Chegza, de quibus duobus habetur in praecedentibus scriptis.[2] In tantam autem libertatem sunt redempti, quod tam ipsi, quam omnis generatio ab eisdem sucessura, ubicunque vellent, manendi fas habent.

Nr. 376. (129.)

Ladislaus, comes de Baach et iudex curiae, per suas nobis literas intimavit, quod Lucas,[3] ministerialis ecclesiae de Curud,[4] teneretur pro quodam, nomine Deguz, solvere Varadini in festo sancti Michaëlis[5] Jacon et Joanni quatuordecim marcas et decem et septem pondera, et acceptis tandem illis, iidem Jacou et Joannes haberent ius requirendi servos suos. Praedictus itaque Lucas in praedicto festo et loco persolvit praedictis Jacon et Joanni summam praedictae pecuniae, nobis praesentibus et Sebastiano de villa Baba,[6] pristaldo huius causae.

Nr. 377. (130.)

Domina Margaretha, uxor quondam Torcunca comitis, habens terram haereditariam nomine Gilianus[7] ex donatione patris eius, videlicet Forcasii et fratrum suorum, scilicet Joannis et Pauli, mortuo patre suo et marito, inconsultis fratribus suis, donavit

[1] Lucas, princeps exercitus seu Ungarice Hadnagy (Hodnogio) Bihariensis occurrit a. 1214. Confer. supra nr. 97.

[2] Pars regestri, quae hic innuitur, iniuria temporum periit.

[3] Supra nr. 244, 245.

[4] Kürü-Monostora supra nr. 217, 244, 245. infra nr. 387.

[5] Die 29-a Septembres.

[6] Héjő-Bába in com. Borsod (?).

[7] Gelyényes in com. Bereg (?).

eandem terram cruciferis sancti Joannis Baptistae.[1] Fratres autem eius praedicti, duxerunt eam in causam ante regem Andream, dicentes, non licere ei quoquo modo alienare terram illam aliis, cum ipsi sint commetanei et ipsa terra sit eis haereditaria. Rex itaque cum principibus suis id ipsum sentiens, dato pristaldo, nomine Fonchuca, fratre Heym,[2] praecepit terram illam venundari praedictis praedictae dominae fratribus. Qui cum iamdicto pristaldo venientes Varadinum, dederunt cruciferis praefatis pro saepeiam dicta terra pretium secundum aestimationem regni viginti et duas marcas, fertone minus, et terram, in eorum ius regis auctoritate revolutam, testimonio nostri capituli Varadiensis sibi fecerunt adscribi.

Nr. 378. (131.)

Cum Ecclesia sancti Protomartyris de territorio[3] Varadiensi quandam terram suam, nomine Thomasci,[4] contulisset usu fructuario Raphaëli, filio Thomae comitis, Raphaële autem in persona et in cunctis possessionibus suis pro quadam enormitate facinoris sui contra comitem Both publice condempnato, praenominata terra, inter caeteras nominati Raphaëlis terras, in manus regis Andreae devenisset. Rex vero Ladislao, comiti de Bách et iudici curiae, terram eandem comtulisset, Philippus, praepositus ecclesiae sancti Protomartyris cum priore Adriano et Cornelio custode, necnon universo eiusdem loci capitulo requisiverunt supradictam terram, dicentes et testimonio privilegii ostendentes, quod praefata terra ecclesiae sancti Protomartyris esset, et praefato Raphaëli, utpote devoto ecclesiae filio, usu fructuario collata, inter facultates ipsius Raphaëlis ab ecclesia non deberet alienari. Rex itaque cum suis principibus de iam dicta terra taliter definivit,

[1] Szentjános pagus in com. Bihar.

[2] Heym comes de Borsva (Bereg) occurrit a. 1214. Confer. supra nr. 39, 72.

[3] Recte: promontorio.

[4] Tamási praedium inter Rojt et Harsány in com Bihar.

quod supradicta sancti Protomartyris ecclesia supradicto Ladislao comiti centum marcas persolveret, et sic supradicta terra Thomasci ad ipsam sine omni contradictione iure perpetuo rediret. Et factum est ita. Nam praepositus eiusdem loci nominatus cum nominatis fratribus eius centum marcas coram pristaldo regis, videlicet, Petro, filio Lud, praesentibus nobis persolventes, saepe iam dictam terram in ius saepedictae ecclesiae redemerunt. Nos conventus Varadiensis huius rei testes sumus.

Nr. 379. (132.)

Cum Scemer, filius Scemera, in ultimo testamento dedisset ecclesiae sancti Georgii[1] dusinicum quendam de praedio Jouse,[2] nomine Dera, ut in festo sancti Michaëlis celebraret exequias cum una ove competenti, triginta panibus et quatuor[3] idriis cerevisiae, ipso Scemer mortuo, quidam cognatus eius, nomine Cosma, detinebat eum apud se invitum, nec permittebat eum explere servitium suum. Filiae itaque praedicti[4] Scemar, scilicet: Benedicta et Rosa,[5] requisiverunt coram Joanne,[6] praeposito Varadiensi, nominatum dusinicum, dicentes, quod memoratus earum cognatus dimissum a patre suo dusinicum apud se invitum detineret, et non sineret officium suum adimplere. Quod cum iam dicto praeposito constitisset, dato pristaldo, scilicet: sacerdote iam dictae ecclesiae, nomine Paulo, nominatum dusinicum restituit in officium, in quo ipsum dominus suus stabiliverat, mandans eidem dusinico, ut a praedicto

[1] Templum hoc in orientali parte pagi (nunc iam praedii) Macs olim erectum erat, ab eoque serius haec pars nomine Szentgyörgy vocata est, nomenque hoc hodie usque retinuit. Et Macs et Szentgyörgy a municipio Debreczen inter occidentem et septentrionem versus sita sunt.

[2] Józsa pagus, municipio Debreczen ad septentrionem.

[3] In editione principe: quattuor.

[4] In editione principe: praedictae.

[5] In editione principe additur: ad quae omnia (quod nullum sensum habet).

[6] Supra nr. 361.

Cosma recedens, mansionem sibi secundum arbitrium magistri capellae sancti Georgii eligeret, memoratus autem Cosmas daret ei iuvencum unum, quatuor oves et octo capetias frumenti, ut habeat ex his seminaria rerum, ex quibus possit exequias celebrare.

Nr. 380. (133.)

Ciues castri de Naugrad de villa Sembur,[1] scilicet: Chepanus, Penter, Rodusi, Pousa, Domald, Stephanus, Oucus, Zunga et Joannes, coadiuuantibus eiusdem castri ioubagionibus, scilicet: Loudan, principe exercitus, Nicolao, Bohmel, Paulo, Both, Tiburtio et Michaële requisiuerunt terram cuiusdam liberi hominis, de nomine Peth, quae est ad quatuor aratra, dicentes, terram esse castri et ab ipso violenter occupatam in eadem villa coram Ladislao, iudice curiae et comite Bachiensi. Qui Peth, cum terram suam iure emptionis se possedisse respondisset, nominatus iudex vtramque partem ad examen ferri candentis per pristaldum, nomine Imurad de villa Sceureg,[2] transmisit Varadinum. Vbi, cum saepiusdictus[3] Peth ferrum levasset et ad diem solutionis accessisset, nominati ioubagiones castri sese recognoscentes, memoratam terram nominato Peth pro terra sua resignauerunt. Quae terra habet metas ab oriente de Topka,[4] et a meridie habet terram sanctae ecclesiae Paztuh, inde graditur per vallem nomine Potok, ad montem Grab,[5] inde al Sember et de Sember incedit ad Hogoua,[6] ibi desinit esse, vt nominatus pristaldus dixit nobis, coram aduersa parte et idem asserente.

[1] Zsember pronuntiandus, eratque olim pagus in com. Nógrád oppido Pásztó ad septentrionem.

[2] Sóreg pagus in com. Gömör, aut Sóreg praedium in com. Pest (Confer. Knauz. Monum. eccl. Strigoniensis. I. 306.)

[3] In editione principe erronee: saepius dominus.

[4] Töpke vel Tepke, nunc praedium in com. Nógrád, oppido Pásztó ad occidentem.

[5] Hodie Garáb praedium ibidem, priori ad septentrionem.

[6] Recte: Zogova idest fluvius Zagyva. (Scriptor iterum erronee legit literam h pro z.)

Nr. 381. (134.)

Paulus, seruiens Tibę, canonici Vacensis, impetiit quosdam mulieres, scilicet: Mizla et Vtalou, dicens, quod ancillam suam, nomine Scereteu, clam abduci fecissent. Quod, cum illae negassent, memoratus Paulus induxit quendam, nomine Paridem, qui ei de facto illarum suggesserat. Quod cum ipse Paris constanter contra illas assereret, Brictius, episcopus Vaciensis, praenominatam Mizlam et Paridem misit Varadinum ad examen ferri candentis, ubi illa,[1] portato ferro pro se et pro domina Vtalou, combusta est.

Nr. 382. (135.)

Philippus, filius Cosmę, manumisit quendam libertinum suum nomine Zup cum filiis suis, Both et Bata, talem eis conferens libertatem, vt quam ipsi, tam omnis generatio ab eisdem successura, ubicunque vellent, manendi fas haberent.

Annus 1235.

(383—389 = 136—142.)

Nr. 383. (136.)

Anno Verbi incarnati millesimo ducentesimo tricesimo quinto regnante gloriosissimo rege Andrea, venerabili Benedicto, Varadiensi episcopo, Dyonysio, comite Palatino, Stephano Bichoriensi comite existente, Aniano, lectore et notario Varadiensi, factum est: quod Omocel, filius Joannis, cum esset sine omni haerede, protestatus est nobis oretenus, quod filios[2] fratris sui Eliae, Petrum scilicet et Georgium atque Matthiam, et quendam eorumdem cognatum, nomine Sedebur, filios sibi faciens adoptiuos, portionem suam, quae est versus ecclesiam sancti Petri, de terra Cornust[3]

[1] Scilicet Mizla.

[2] In editione principe erronee: filius.

[3] Supra nr. 51.

dedisset praenominatis tribus fratribus, filiis scilicet: Eliae praenotati, et Scedebur in commune, ita, quod, quamdiu ipse Omocel vel uxor sua viveret, praedicta portio, sicut antea, iuris eorum esset; vel si eos haeredem habere contingeret, in ius illius haeredis haereditario iure cederet. Si tamen ambo sine haerede decederent, hac[1] lege in ius nominatorum quatuor[2] fratrum nominata portio deuolueretur.

Nr. 384. (137.)

Ibrahin, archidiaconus de Zobuslou,[3] quendam adolescentulum, nomine Paulum, servum suum, ut ipse dixit, emptitium manumisit, ita, ut, quamdiu ipse viveret, ei servire teneretur, post mortem autem ipsius ita liber foret, ut et ipse Paulus et omnis generatio ab eodem successura, ubicunque vellet, manendi fas haberet.

Nr. 385. (138.)

Teco, filius Thomae de villa Debrezun,[4] et sororius eius, Hemiricus, filius Mauricii de villa Zeb, protestati sunt nobis, quod cum esset controversia inter ipsos de quadam ancilla, nomine Chynchola et duabus eiusdem filiabus, scilicet: Ancilla, et Cecilia, ita, quod praedictus Hemiricus diceret cum uxore sua conductas, Teco vero assereret, easdem a praedicto sororio suo, titulo emptionis redemtas, consilio arbitrorum videlicet: Michaëlis, filii Matthiae comitis et Petri fratris Buch et aliorum conprovincialium taliter inter se convenerunt, quod praenominatus Hemiricus praenominatas ancillas vendidit sororio[5] suo, praedicto Teco, accipiens ab eo marcam et fertonem.

[1] In editione principe erronee: ac.
[2] In editione principe: quattuor.
[3] Recte Zoboulsu = Szabolcs.
[4] Debreczen municipium.
[5] In editione principe erronee: socero.

Nr. 386. (139.)

Domina Rosa, filia Briccii archipresbyteri, mortuo marito suo et filiis suis, oretenus nobis est protestata, quod indulsisset omnia dotalitia sua et cuncta, in quibuscunque maritus suus Lodomerus ei tenebatur, et absolvit omnes cognatos mariti sui, et omnes, quicunque fideiusserant pro marito suo, scilicet: Habraham et Ysahac et Farcasium, Paulum et Gregorium.

Nr. 387. (140.)

Pascha, pristaldus Dionysii Palatini comitis, quod ex literis eiusdem Palatini percepimus, statuit ante nos Gregorium, abbatem de Kuru,[1] ex una parte, et tunnarios regales de villa Tunnal ex alia, scilicet: Andream, Tupuz, Chama, Thuch, Halad et Bogy, dicens, quod praenominatus abbas deberet iurare super sepulchrum sancti regis Ladislai pro terra monasterii Kuru, nomine Tumban, quae est iuxta Crisium versus meridiem prope monasterium sancti Joannis Baptistae.[2] Cumque praefatus abbas paratus esset iurare, placuit utrique parti, quod terra iamdicta prius metaretur. Quod cum factum esset, memorati tunnarii recognoscentes terram, quam requirebant, dimiserunt monasterio Kuru pro iure suo, et reversi protestati sunt coram nominato pristaldo, se iam dictam terram cum molendino et ponte saepeiamdictae ecclesiae remisisse.

Nr. 388. (141.)

Stephanus clericus, filius Hus, protestatus est, quod, cum quidam Hagya,[3] civis Culusiensis,[4] impetiisset nomine Henguch[5]

[1] Monasterium Kürü in Nagy-Kürü iuxta Ticiam in com. Jász-Nagy-Kun-Szolnok.

[2] Monasterium Szentjános. Supra nr. 125, 364.

[3] Supra in causa nr. 18 «Agya» scribitur.

[4] Supra in causa nr. 18 «ioubagio Cesari».

[5] Supra in causa nr. 18 «Engues».

de villa Hem,[1] pro turto, et Henguch iudico ferri fuisset iustificatus, praenominatus Hagya remansit in iudicio sex marcarum, et eo non habente, unde sex marcas persolveret, iudex huius causae, nomine Nucden,[2] curialis comes, per manum pristaldi sui nomine Luxa[3] de villa Lomb,[4] posuit eum et uxorem eius et unicum filium eiusdem, nomine Abbeus, pro sex marcis apud avum suum, nomine Valderum, hospitem de Bichor. Quo mortuo, remansit praefatus Hagya, titulo vadimonii apud Hus, patrem suum, scilicet filium praedicti Valteri. Patre autem suo defuncto, idem Hagya remansit ei, ab eo autem saepedictus Hagya redemit se ipsum et uxorem suam, et filium suum redditis ei sex marcis, quas ab avo suo mutuaverat; et ita, debito plenario absoluto, remansit et ipse et uxor sua et filius liber in perpetuum.

Nr. 389. (142.)

Ego Benedicta, uxor Herczeg de genere Borsa, duabus filiabus meis iuxta natalium suarum dignitatem maritatis et rebus meis eisdem legitime[5] traditis, emi a cognato meo, Valeriano cantore cum conscientia et consensu cognatorum eius, scilicet Vstaur, fratris eius, et magistri Aniani, avunculi eius, et aliorum, ancillam nomine Agnnam cum duobus filiolis eius, Hetam scilicet et Furtun et proponens dies viduitatis meae et fliorum pro ecclesia de Vgra[6] consummare, appropinguante iam termino vitae meae, praenominatam ancillam dedi eidem ecclesiae, ut singulis mensibus det ad altare beatae Virginis candelam unius cubiti, et hoc usque

[1] Supra in causa nr. 18 generatim tantum regio habitationis suae innuitur voce «de Kalatha» (hodie quoque Kalotaszeg) hic autem speciatim designatur pagus, in quo habitabat, eratque hic «villa Hem» Ungarice Hemfalva, injuria temporum iam dudum abolitus.

[2] Recte: Nuetlen, ut in nr. 18.

[3] Recte: Luca, ut in nr. 18.

[4] V. supra nr. 18.

[5] In editione principe: legittime.

[6] Ugra in com. Bihar. Supra nr. 97.

consummationem vitae suae. Alterum autem filiorum suorum, scilicet Hetam constitui dusinicum exequialem, ut in singulis annis ad eandem ecclesiam in festo sancti Michaëlis celebret exequias bienni boue, et panibus, quinque hydriis cerevisiae;[1] alterum vero, scilicet Furtun, dedi eidem ecclesiae in campanarium et ambos in constitutis officiis de generatione in generationem permanere.

[1] In editione principe: idriis cervisiae.

Notiones bibliographicae.

Editiones Regestri Varadinensis sunt sequentes:

I. Editio princeps anni 1550, in aditu hujus libri per nos de typo ad typum fideliter excusa. Hujus editionis exemplaria rarissima custodiuntur in bibliothecis: Academiae scientiarum Hungaricae, Universitatis Budapestinensis, Primatiali Strigoniensi, Districtus Helv. Conf. Transsilvani, Ducum Eszterházy in Kismarton (Conf. Carolus Szabó: Régi Magyar Könyvtár II. 11.).

II. Editionem secundam curavit Mathias Bél in sua collectione, cujus titulus: «Adparatus ad Historiam Hungariae (Dec. I. pag. 191—278), Posonii 1735. Bél apposuit argumento regestri numeros 389, quibus testimonia distinxit, imo potius numeros 414, quia etiam ulterius benedictiones et orationes, Regestro adiectas, numeris signavit. Animadversiones censorias, tunc temporis valde aestimandas, quibus usus fuerat, sicut expressis verbis in praefatione commemorat, Bél ab eruditissimo rectore lycei Posoniensis, Johanne Szászky accepit; hae ab eo diligenter emendatae, partim correctae et adauctae sunt. Hodie tamen plurimas harum animadversionum obsoletas, interpretationesque locorum vix alicuius momenti esse, nil mirum.

III. Editio tertia est a Stephano Endlicher, qui hunc fontem insignem in collectitio opere suo: «Rerum Hungaricarum Monumenta Arpadiana» (pag. 640—742). impresso Sangalli a. 1849 lectoribus exhibuit. Monumentum nostrum hic loci «Regestrum de Varad 1201—1235» inscriptionem adeptum est et omissis benedictionibus atque orationibus numeri apud hunc editorem extendunt se tantum ad 389. Animadversionibus omnino caret.

IV. Novissime mandavit typis editionem quartam Societas sancti Stephani interpretante regestrum Jacobo Kandra, titulumque adscripsit: «A Váradi Regestrum» (Budapestini, 1898. 8°XXXII. 519). Interpres hac in editione regestro ipso pretiosas elucubrationes

praemisit, versionemque Hungaricam argumento latino adiecit, at argumentum latinum iisdem mendis, quibus priores editores, vulgavit. Dolendum est porro, interpretem, alioquin de historia Hungariae benemeritum, haud certis, imo vanis principiis seductum in explicandis nominibus locorum et personarum parum fortunatum fuisse, plurimisque in casibus a vero aberrare.

Caeterum versio Hungarica regestri iam pridem adornata est a Valentino Kiss, olim ministro ecclesiae Helv. Conf. Szentesiensis, cuius manuscriptum in bibliotheca collegii Debreczinensis delitescit, Translator opus suum titulo sequenti ornavit: «A Tüzesvas ítéletének jegyzőkönyve, mely iratott Váradon az Első Martyr Ekklesiája Papi törvény székén 1214—1235-ig, most pedig magyarra fordította; homályos régiségeit jegyzékekkel világosította etc. Kiss Bálint.» (1833. pag. 226. MS.)

Silentio praeteriri non possunt hic viri eruditi, qui nostris fere diebus haud contemnendo labore regestrum distinctis elucubrationibus dilucidare, nomina personarum et locorum explicare studuerunt. Horum primus Julius (Gyula) Vajda, e scholis Piis, nunc professor priv. universitatis Kolosvariensis, regestrum velut fontem culturae regiminis Andreae II., regis Hungariae, crisi subiecit in opere suo parvo, sed pretioso: «A váradi regestrum (1209—1235). Magyar műveltségtörténeti kútfő ismertetése és birálata. Irta dr. Vajda Gyula főgymn. rendes és egyet. magántanár. Budapest. 1880. 56. l.». Hic auctor simul attentos reddidit eruditos mendorum in editionibus Bél-i et Endlicher-i occurrentium eorumque catalogum lectoribus exhibuit — Alter Franciscus Balássy, Academiae Scient. Hung membrum (mortuus in pago Maklár prope Agriam) provincias, domiciliaque personarum in testimoniis regestri memoratarum determinare adlaboravit in libro: Mutatványok a váradi regestrumból. Budapest 1881.

Historicorum autem, qui testimoniis regestri usi, caliginem temporum, cladem Tartaricam praecedentium, discutere studuerunt, catalogum texere superfluum putamus, cum breviter dicere possimus: e melioris notae auctoribus fuere omnes.

INDEX

NOMINA PERSONARUM, LOCORUM ET RERUM
IN REGESTRO VARADINENSI MEMORATA
COMPLECTENS.

Numeri asterisco signati demonstrant testimonia editionis principis in aditu hujus libri publicatae; numeri vero sine asterisco paginam significant.

A.

B.

C. K.

D.

E.

F.

G.

H.

I. Y.

J.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U. V. W.

Z.

HORNYÁNSZKY VIKTOR
császári és királyi udvari
könyvnyomdája
Budapesten
1903.